
1 vol 2.50
binding .65
postage .10
$ 3.25

J. M. Aldrich



C. Rondani.

SPECIES ITALICAE

ORDINIS DIPTERORUM

(MUSCARIA *Rndn.*)

STIRPS XXI. — *TANIPEZINAE Rndn.*

COLLECTAE ET OBSERVATAE

A

Prof. CAMMILLO RONDANI

Antennae arista dorsuali subnuda vel pubescente, vel inferne et superne pilosa.

Epistomium nudum, vel si breviter pilosulum aut setulosum, tunc femora antica setis inferne non ciliata: vibrissis nullis maiusculis distinctis.

Alarum vena secunda superne non neque brevissime pectinata: margine antico contra venam ipsam nunquam profunde secto: vena prima integra, a secunda divisa etiamsi proxima, et apici divergens, si raro cum secunda sub-confusa usque ad apicem, tunc epistomium nudum et femora antica subtus non ciliata.

Venae quarta et quinta extrinsecus distincte convergentes aut apici sat approximatae, et si minus vel non, tunc femora antica subtus non ciliata.

Areolae basales duae completae, raro superiore apice aperta.

Tibiae anticae et posticae setula sub-apicali erecta distinctiore nulla.

Tarsi postici articulis basalibus non incrassatis.

STIRPIS GENERA.

A. Epistomium omnino nudum.

B. Femora antica saltem inferne ciliata.

C. Areola basalis infera angulo apicali posteriori non acuminato-producto.

I. G. MYODINA *Desv.*

sp. typ. MUSCA VIBRANS *Lin.*

CC. Arreola basalis infera angulo apicali posteriori distincte acuminato-producto.

D. Antennae in cavo faciei non locatae:

Venae longitudinales quarta et quinta extrinsecus valde convergentes.

II. G. CHRYSOMYZA *Fall.*

sp. typ. MUSCA DEMANDATA *Fab.*

DD. Antennae in cavo faciei locatae.

Venae longitudinales quarta et quinta extrinsecus parum convergentes.

III. G. TIMIA *Wdm.*

sp. typ. ULIDIA ERYTHROPHTOLMA *Mgrl.*

BB. Femora antica inferne non ciliata.

E. Venae longitudinales quarta et quinta extrinsecus parum aut non manifeste convergentes.

F. Femora postica satis incrassata, et subtus spinuloso serrata.

IV. G. MEGAMERINA *Rndn.*

G. LISSA *Mgrl. Mgn.* (*)

sp. typ. CHILIZA LOXOCERINA *Fall.*

FF. Femora postica nec sat incrassata, nec inferne spinulosa.

V. G. CEPHALIA *Mgn.*

sp. typ. C. NIGRIPES *Mgn.*

EE. Venae longitudinales quarta et quinta apici distincte approximatae.

(*) Mgrl. Mgn. 1826 — Leach 1815. Crustacea.

G. Palpi apparentes et manifeste dilatati.

VI. G. TANIPEZA *Fall.*

sp. typ. T. LONGIMANA *Fall.*

GG. Palpi parum observandi, et non manifeste dilatati.

H. Alae areolis basalibus duabus completis.

I. Arista nuda. Epistomium clypeo distincto et porrecto.

VII. G. TANIPODA *Rndn.*

sp. typ. CALOBATA CALCEATA *Fall.*

II. Arista plumosula: Epistomii clypeum indistinctum.

VIII. G. CALOBATA *Mgn.*

sp. MUSCA CIBARIA *Lin.*

HH. Alae areola unica basali.

IX. G. MICROPEZA *Mgn.*

sp. typ. MUSCA CORRIGIOLATA *Lin.*

AA. Epistomium paulo pilosulum vel setulosum, tamen setis mistacinis sat validioribus destitutum.

K. Alae areolis basalibus duabus completis: scutellum bisetosum.

L. Femora antica maris inferne denticulis vel spinulis praedita.

M. Abdomen maris nec appendiculis flexis, nec penicillis longis et erectis instructum.

Alae utriusqe sexus puncto sub-apicali nigricante.

X. G. SEPSIS *Fall.*

rp. typ. MUSCA CYNIPSEA *Lin.*

MM. Abdomen maris appendiculis parvis et flexis, vel penicillis analibus longis et erectis praeditum.

Alae puncto nigricante sub-apicali nullo.

N. Abdomen maris appendiculis analibus parvis pilosulis flexis instructum:

Tibiae anticae sexus ejusdem sinuatae vel longitudinaliter incisae, non transversim excavatae.

O. Tarsi omnes forma ordinaria; tibiae anticae maris nec intus tuberculatae nec dentatae.

XI. G. MEROPLIUS *n.*

sp. typ. Nemopoda Stercoraria *Macq.*

OO. Tarsi intermedii maris dilatati: Tarsi faeminae articulo primo basi compresso.

Tibiae maris intus tuberculatae vel dentatae.

XII. G. ENICITA *Wstw.*

sp. typ. Sepsis Annulipes *Mgn.*

NN. Abdomen maris penicillis analibus longe-pilosis et erectis praeditum.

Tibiae anticae in eodem sexu transversim profunde excavatae et tuberculatae.

P. Maris abdomen postice dilatatum, et apice obtruncato.

Tarsi antici in eodem sexu articulo primo longissimo, secundo brevissimo.

XIII. G. HALIDAYA *Rndn.*

sp. typ. Sepsis ciliata *Staegr.*

PP. Maris abdomen subcylindricum, apice reflexo.

Tarsi antici, articulo primo parum longiore sequente.

XIV. G. THEMIRA *Desv.*

sp. typ. Musca Putris *Lin.*

LL. Femora antica etiam maris inferne nec denticulis nec spinis praedita, vix pilis vel setulis parvis aliquando observandis.

Anus maris non appendiculatus.

XV G. NEMOPODA *Desv.*

sp. typ. Sepsis Cylindrica *Fab.*

KK. Alae areola basali anteriore incompleta, seu apice aperta.

Scutellum quatuorsetosum.

XVI. G. SALTELLA *Desv.*

sp. typ Pyophila Scutellaris *Fall.*

G. I. Myodina Desv. Rndn. Schin.
Ortalis Fall. Mgn. Mcqrt. Zett.
Tephritis Fabr. Latr.
Musca Lin. Scop. Rossi.

sp. Ital. 1. M. *vibrans* Lin. Fab. Mgn. Mcqrt. Scop. Rossi etc.
In Pedemontio, Etruria, et Agro parmensi lecta.

G. II. Chrysomyza Fall. 1817.
Ulidia Mgn. 1826. Mcqrt. Zett. Rndn.
Chloria Schin. 1862.
Tephritis Fab. — Musca Rossi.

sp. Ital. 1. C. *demandata* Fab. Mgn. Mcqrt. Zett. etc.
Splendida Fall.
Clandestina? Rossi.
In tota Italia frequentissima.
Larvae a me observatae, gregariae in fimo bovino, subaurantiacae, nudae, capite variabili fusco. Imagines ab iisdem domi ortas obtinui.

G. III. Timia Wdm. 1824. Mgn. prt. Rndn.
Ulidia prt. Macq. Schin.

sp. Italicae.

A. Alae macula sub-apicali nigricante.
Tarsi omnes pallidi.
sp. 1. *apicalis* Mgn.

AA. Alae macula nulla sub-apicali.

B. Alae antice fuscescentes, vitta stigmatica fusciore.
sp. 2. *nigripennis* Lw.

BB. Alae totae limpidae, vitta stigmatica lutescente.
sp. 3. *erythrophtalma* Mgrl.

---

sp. 1. T. *apicalis* Hoffg. Mgn. Mcq. Schin. etc.
Specimina coll. nostrae parmensia, etrusca et pedemontana.

sp. 2. *nigripennis* Lw. Schin.
Exemplaria nonnulla legi in collibus sub-apenninis agri parmensis.

sp. 3. C. *erythrophtalma* Mgrl. Mgn. Macq. Schin.

Non raro lecta in collibus ditionis parmensis, et in Etruria.

G. IV. Megamerina Rndn. 1861.

Lissa Mgn. 1826 (*) Macq. Schin.

Chilisa Fall. — Ocyptera Fab.

sp. Ital. 1. M. *dolium* Fab.

Loxocerina Fall. Mgn. Macq. Schin.

Raro legitur in collibus ditionis parmensis.

G. V. Cephalia Mgn. Macq. Schin.

Myrmecomya Desv.

sp. Ital. 1. C. *nigripes* Mgn. Mcq. Schin.

Semel legi sp. in colle subapennino parmensi.

G. VI. Tanipeza Fall. Mgn. Mcq. Zett.

sp. Ital. 1. C. *longimana* Fall. Mgn. Zett. etc.

Unicum exemplar possideo in locis alpinis lectum.

G. VII. Tanipoda Rndn. 1856.

Calobata prt. Fall. Mgn. Zett. Schin.

Genus certe a Calobatis sejungendum, notis magni momenti et pluribus diversum, scilicet.

Arista antennarum nuda non pilosa.

Epistomii clypeo distincto et porrecto, non subnullo: Proboscide crassissima, inflata infera, non crassiuscula et porrecta ultra epistomium.

Alarum vena longitudinali prima sejuncta a secunda et distincta, non una et altera sub-confusis: tertia vix ultra transversam externam producta, non sat ultra etc.

sp. Ital. 1. C. *calceata* Fall. Mgn. Zett. Rndn. Schin.

Bis a me lecta in planitie propepadana parmensi in foliis cujusdam Dolici sati.

(*) Leach 1815, Crustacea.

G. VIII. CALOBATA Fab. Mgn. Fall. Macq. Zett. etc.
Musca Lin. Pnz. Scop.
Nerius Desv.
sp. Italicae.
A. Thorax totus nigro-grisescens.
sp. 1. *cibaria* Lin.
AA. Thorax partim, saltem in dorso rufus.
sp. 2. *euphippium* Fab.

---

sp. 1. C. *cibaria* Lin. Mgn. Macq. Zett.
Cothurnata Fall.
Solidaginis et soror Desv.
Longipes Scop.
Specimina collect. nostrae in Pedemontio, Etruria et collibus ditionis parmensis inventa.

sp. 2. C. *euphippium* Fab. Fall. Mgn. Macq. Zett.
Inulae Desv.
Unicum exemplar nostrum in montuosis alpinis lectum.

G. IX. MICROPEZA Mgn. Lat. Macq. Zett.
Calobata Fab. Fall.
Phantasma Desv.
Musca Lin. Schr. Scop. Rossi.
sp. Italicae.
A. Thorax totus nigricans.
sp. 1. *corrigiolata* Lin.
AA. Thorax partim, saltem lateribus rufescens, vel flavescens.
sp. 2. *lateralis* Mgn.

---

sp. J. M. *corrigiolata* Lin. Rossi. Mgn. Mcqrt. Zett.
Filiformis Fab. Fall. Desv.
Strumosa Scop.
Frequenter legitur in tota Italia.

sp. 2. M. *lateralis* Mgn. Macq.

Minus frequenter lecta cum praecedente, in Italia superiori et media.

G. X. Sepsis Fall. Mgn. Mcqrt. Zett. Schin.

Micropeza Latr. Desv.

Tephritis Fab.

Musca Lin. Fab. Scop. Pnz. Rossi.

sp. Italicae.

A. Femora omnia nigra vel nigricantia.

B. Tibiae omnes nigrae vel nigricantes.

sp. 1. *nigripes* Mgn. (*).

BB. Tibiae saltem anticae lutescentes vel rufescentes.

sp. 2. *cynipsea* Lin.

AA. Femora saltem partim, nisi omnia et tota rufescentia.

C. Femora posteriora plus minusve infuscata vel fusco-vittata.

sp. 3. *violacea* Mgn.

CC. Femora omnia et tota rufescentia.

D. Thorax totus niger.

sp. 4. *punctum* Fab.

DD. Thorax pectore et pleuris magis vel minus rufis.

sp. 5. *pectoralis* Mcqrt.

---

sp. 1. S. *nigripes* Mgn. Macq. Zett.

nitida Desv.

Lecta non frequenter cum congeneribus, in agro parmensi et Pedemontio.

sp. 2. S. *cynipsea* Lin. Rossi. Fab. Fall. Mcq. Zett.

Species vulgatissima in tota Italia etiam insulari.

sp. 3. S. *violacea* Mgn. Zett. Schin.

Non infrequenter cum congeneribus inventa, saltem in Italia superiori et media, tamen etiam in australiori legitur.

(*) Si sp. *atripes* Mcqrt in Italia inveniatur, distincta erit a *nigripede* Meigenii coxis etiam nigricantibus, non ut in sp. meigeniana luteo-rufis

sp. 4. S. *punctum* Fab. Fall. Mgn. Macq. Zett.

Stigma Pnz.

Cynipsea Scop. Desv. (non Lin.)

In tota Italia vivit, etiam in Melita, tamen minus frequens praecedentibus.

sp. 5. S. *pectoralis* Macq.

Non frequenter eam caepi in agro parmensi, et exemplar faemineum a Sardinia missum fuit.

G. XI. MEROPLIUS n.

Nemopoda prt. Macq. Schin. Mgn.

Sepsis prt. Zett. Staeg.

Themira prt. Schin. Rndn.

Char. Gen. praecipui.

Femora antica maris subtus denticulata vel spinosa: tibiis propris longitudinaliter incisis vel sinuatis, sed nec transversim excavatis nec dentatis.

Tarsi in utroque sexu simplices, et forma ordinaria.

Abdomen maris apppendiculis analibus inferis praeditum brevibus, flexis pilosulis.

Alae puncto sub-apicali fusco destitutae.

Species observatae.

A. Thorax late vel latissime fulvus aut rufescens.

B. Frons et epistomium tota fulvescentia.

Thorax dorso postice tantum nigricante.

sp. 1. *melitensis* n.

BB. Frons nigro-nitens: Epistomium antice late nigro-marginatum.

Thorax dorso fascia integra nigra longitudinali, a margine anteriori ad posteriorem ducta.

sp. 2. *Schembrii* n.

AA. Thorax totus niger.

C. Pedes omnes plus minusve late rufescentes, posterioribus tamen paulo fuscis.

sp. 3. *stercorarius* Macq.

CC. Pedes omnes fere toti nisi omnino nigri.

D. Pedes basi tibiarum anguste, coxis anticis saltem partim etc. rufescentibus.

sp. 4. *Fallenii* Staeg.

DD. Pedes omnes et toti nigri.

sp. 5. *lucidus* Staeg.

---

sp. 1. M. *melitensis* n.

Caput cum antennis totum fulvo-rufescens, puncto tantum ocellari nigro.

Thorax fulvescens, dorso macula lata posteriori nigra, antice in medio paulo producta.

Abdomen nigricante nitidum, apice et maculis lateralibus rufescentibus.

Pedes toti et omnes fulvi, nigro-setulosi

Alae limpidae: venula transversa intermedia sat extra apicem sita secundae longitudinalis: segmento penultimo longitudinalis quintae duplo breviore praecedente etc.

Specimina duo mascula misit. D. Schembri, in insula melita capta.

sp. 2. M. *Schembrii* n.

Similis habitu statura, colore pedum etc. *M. melitensi*, sed distinctus, praesertim notis sequentibus.

Fronte nigro nitida, non tota fulvo-rufa.

Epistomii margine anteriori late nigricante, non facie et epistomio totis fulvescentibus.

Thoracis dorsi fascia longitudinali lata integra a margine anteriori ad posteriorem, non macula tantum nigra posteriori etc.

Unicum exemplar masculum a D. Schembri obtinui ex insula Melita.

sp. 3. M. *stercorarius* Macq. Mgn. Zett. Schin.

Non infrequens in agro parmensi et in Pedemontio usque ad Alpes.

sp. 4. M. *Fallenii* Stgr. Zett. Schin.

Nondum in Italia capta; specimen danicum possideo a Cl. Staeger missum.

sp. 5. M. *lucidus* Stgr. Zett.

Specimina duo possideo e Dania missa a Cl. Staeger; nescio si Italiae incola.

G. XII. ENICITA Wstw. Rndn.

Enicopus Wlk (*) Macq. (Supl.)

Sepsis Mgn. Stgr. Zett. Schin.

Nemopoda Mcqrt.

sp. typ. E. *annulipes* Mgn. Mcqrt. Zett.

A me non observata et forte Italiae extranea.

Notae pedum sp hanc a Meropliis generice sejungunt; et a Themiris absentia penicillorum caudalium assurgentium.

Pedum structura in generum tabula analitica vide.

G. XIII. HALIDAYA Rndn. 1856 (Prodr. I).

Cheligaster Macq.

Themira Desv. Schin. (prt.)

Sepsis Fall. Mgn. Stgr. Zett. Halid.

Tibiae anticae maris praeter tuberculus et dentes, appendice exteriori setiformi praeditae:

Tarsi antici, in eodem sexu, articulo primo longissimo, secundo brevissimo.

Abdomen postice dilatatum, et apice obtruncato.

sp. typ. H. *ciliata* Stgr. Zett.

Superba Halid.

Nondum in Italia capta masculum possideo anglicum dono Cl. Haliday, et foeminam danicam a Cl. Staeger missam.

G. XIV. THEMIRA Desv. Rndn. Schin. (prt.)

Sepsis Fall. Mgn. Staeg. Zett.

(*) Wlk 1833 Diptera — Stephns. 1830 Coleoptera.

Cheligaster Mcq.

Tephritis Fab. — Musca Lin.

Tibiae anticae maris tuberculatae vel dentatae, sed appendice setiformi exteriori destitutae.

Tarsi antici, in eodem sexu, articulo primo parum longiore sequente.

Abdomen sub cylindricum apice subreflexo, nec postice dilatatum, nec obtruncatum.

sp. Ital 1. T. *putris* Lin. Fall. Mgn. Zett.

pilosa Desv.

Raro legi speciem in agro parmensi, et raro ab amicis accepi a Pedemontio et Etruria.

G. XV. Nemopoda Desv. Mcq. Rnd. Schin.

Sepsis Fall. Mgn. Zett. — Calobata F. (prt.)

Musca Lin. Fab.

Pedes omnes in utroque sexu forma ordinaria, femoribus anticis etiam in mare nec dentatis nec spinosis inferne, vix setula aliqua parva observanda.

Abdomen maris appendiculis nullis, neque brevibus praeditum.

sp. Italicae.

A. Thoracis latera, saltem antice plus minusve rufescentia.

sp. 1. *cylindrica* Fab.

AA. Thorax totus, etiam ad latera niger.

sp. 2. *nigrilatera* Mcqrt.

---

sp. 1. N. *cylindrica* Fab. Mgn. Schin. Mcq. Zett.

Nitidula Fall.

Putris Desv.

In tota Italia ab Alpibus ad Melita frequentissima.

sp. 2. N. *nigrilatera* Mcq.

Rarissimo inventa in agro parmensi; distincta a praecedente non solum corpore toto nigro sed etiam magnitudine duplo minore.

G. XVI. SALTELLA Desv. Rndn. Schin. Lw.
Piophila Fall. Mgn. Zett.
Anisophisa Macq. — Nemopoda Mcqrt. (prt.)?
Pandora Halid.

sp. Italicae.

A. Femora omnia et tota, ut tibiae intermediae in mare flavo-fulva. Pleurae et pectus in eodem sexu totae fulvescentes.

sp. 1. *parmensis* n.

AA. Femora omnia in utroque sexu ut tibiae omnes, plus minusve late et distincte nigricantes.

B. Pedes non toti nigri, saltem coxis et ima radice femorum luteis, etiam in faemina.

sp. 2. *scutellaris* Fall.

BB. Pedes omnino nigri in faemina; etiam coxis et radice femorum nigricantibus.

sp. 3. *nigerrima* n.

sp. 1. S. *parmensis* n.

Mas. Caput cum antennis rufescens, vertice tantum nigricante.

Thorax cum scutello fulvo-rufus, dorso et metathorace nigris.

Abdomen nigricante nitidum, basi ad latera et inferne, apiceque rufescentibus.

Pedes fulvi, tibiis anticis et posticis nigricantibus, tarsis omnibus et totis nigris.

Faem. Caput cum antennis fusco-rufescens, fronte fusciore subnigricante.

Thorax totus cum scutello, et abdomen omnino nigra-nitida.

Pedes nigri, coxis omnibus, et femorum praesertim quatuor posteriorum basi magis vel minus anguste lutescentibus.

Faeminae omnes generis hujus aegre distinguendae, sed notis marium species sat distinctae.

Mas nostrae difert a *Nemopoda scutellata* Macq. sexu faemineo a Cl. Auct. non rite adscripta, tibiis anticis et posticis nigricantibus, non omnibus, et totis luteis: sed etiam apice abdo-

minis fulvescente, de qua nota magni momenti Macq. silet. Ab aliis congeneribus statim distinguendus mas *S. parmensis*, femorum omnium colore toto fulvescente, et thoracis lateribus et pectore rufis unicoloribus.

Non raro legitur in agro parmensi et pedemontano; copulas ter legi speciei in quibus notae sexuales supra notatae constanter observantur.

sp. 2. S. *scutellaris* Fall. Lw. Mgn. Macq. Schin.

nigripes Desv. Var. ♀.

Pectoralis Rndn. (non Fall. nec. Zett.)

Raro sp. legi in agro parmensi, copulam tamen inveni, cujus faemina scutellum in medietatae apicali rufum praebet.

sp. 3. S. *nigerrima* n.

Faem. minor congenerum, et tota nigra nitida; coxis etiam omnibus nigricantibus, non ut in aliis luteis vel rufescentibus.

Faeminam unicam inveni in agro parmensi.

GENERUM ET SPECIERUM

INDEX

Firenze, 1874. — Tip. Cenniniana nelle Murate.

Dal *Bull. Entomol.*, An. VI.

SPECIES ITALICAE

ORDINIS DIPTERORUM

(MUSCARIA *Rndn.*)

COLLECTAE ET OBSERVATAE

A

Prof. CAMILLO RONDANI

Stirps XXII *LONCHEINAE Rndn.*

Arista subnuda, vel pilosula, raro superne tantum ciliata. Epistomium pilosulum vel setulosum, aliquando setis aliquibus vibrissinis distinctioribus.

Alarum venae duae primae longitudinales aut gradatim versus apicem divergentes, aut ante apicem distincte approximatae aut subconfusae, apice bifido; et si raro proximae et parallelae usque in costali, tunc margo anticus alarum contra venas ipsas non profunde sectus: vena secunda superne non neque brevissime ciliata: quarta et quinta non distincte convergentes extrinsecus, nec ad apicem satis approximatae: areolae basales vel duae completae, vel raro anteriore incompleta.

Pedes femoribus, praesertim anticis, subtus saltem partim setigeris: tibiis anticis, et posticis setula nulla sub-apicali erecta, distincta: tarsis posticis basi non incrassatis etc.

(*Nota*) Characteribus hisce pro hac stirpe adoptatis, Genus *Chyromyia* Desv. seu *Thyrimyza* Zett. ab *Agromyzinis* removendum et in *Locheinis* locandum.

STIRPIS GENERA.

A. Oculi nudi. — Antennae approximatae.

B. Venae duae primae longitudinales plus minusve proximae paralleliter decurrentes usque ad costalem, et ibi non divergentes.

C. Epistomium setis vibrissinis validis non instructum.

G. I. THYRIMYZA *Zett.*

sp. typ. Musca flava *Lin.*

CC. Epistomium setis duabus vibrissinis validis instructum.

D. Arista ad radicem articuli ultimi inserta.

Caput vertice tantum setigero non etiam in parte anteriori frontis.

G. II. PIOPHILA *Fall.*

sp. typ. Musca casei *Lin.*

DD. Arista prope apicem articuli ultimi inserta.

Caput vertice et fronte setigeris

G. III. PERATOCHETUS *Rndn.*

sp. typ. P. lutescens *Rndn.*

BB. Venae longitudinales prima et secunda vel gradatim a basi ad apicem divergentes, vel secunda primae ante apicem distincte approximata nisi sub-coniuncta, et apice divergente aut furcata.

E. Venae longitudinales duae primae brevissimae; secunda costalem attingente sat prope radicem alarum, et sat longe a transversa intermedia.

F. Epistomium setis duabus vibrissinis sat distinctis praeditum.

Arista superne plus minusve longe ciliata.

G. IV. GEOMYZA *Fall.*

sp. typ. Musca combinata *Lin.*

FF. Epistomium setis vibrissinis nullis distinctis.

Arista subnuda, vel superne et inferne pubescens.

G. V. OPOMYZA *Fall.*

sp. typ. MUSCA FLORUM *Fab.*

EE. Venae duae primae longitudinales non sat breves; secunda fere vel contra, nisi ultra transversam intermediam costalem attingente.

G. Venae duo primae alarum gradatim et regulariter a basi ad apicem divergentes.

H. Vena quinta longitudinalis undulata: seu ante et post transversam exteriorem sursum arcuatim flexa.

G. VI. TOXONEURA *Macq.*

sp. typ. MUSCA PULCHELLA *Rossi.*

HH. Vena quinta longitudinalis non undulata; seu segmentis ultimo et penultimo sub-rectis.

G. VII. PALLOPTERA *Fall.*

sp. typ. MUSCA UMBELLATARUM *F.*

GG. Vena secunda longitudinalis ante apicem distincte primae approximata, inde divergens.

I. Antennae breves porrectae, articulo tertio vel apice acutiusculo, vel rotundato et sub-disciforme.

K. Articulus ultimus antennarum plus, vel minus ad apicem acuminatus.

G. VIII. OCTIPHILA *Fall.*

sp. typ. O. POLISTIGMA *Mgn.*

KK. Articulus tertius antennarum subdisciformis.

L. Venula transversa intermedia fere oequidistans ab exteriori et a basalibus.

G. IX. LEUCOPIS *Mgn.*

sp. typ. ANTHOMYZA GRISEOLA *Fall.*

LL. Venula transversa intermedia valde distans ab exteriori, et sat prope basales retracta.

G. X. SEPHANILLA *n.*

sp. typ. S. SERTULATA *n.*

II. Antennae articulo ultimo elongato et flexo.

G. XI. LONCHEA *Fall.*

sp. typ. L. TARSATA *Fall.*

AA. Oculi pilosi. — Antennae sat remotae.

G. XII. DASIOPS *Rndn.*

sp. typ. LONCHEUS (DASIOPS) *Rndn.* 1856.

G. I. THYRIMYZA *Zett.*

Chyromya *Desv.* ♂- *Rndn.* ♂♀

Siphella *Desv* ♀ *Schin.* ♂♀.

Lisella *Desv.*

Sapromyza *Fall. Mgn. Zett.*

Musca *Lin. Scop.*

Char. praec.

Epistomium brevissime pilosulum, setis vibrissinis maiusculis nullis.

Antennae breves, articulo ultimo subrotundo, arista subnuda.

Alarum venae duo primae sat proximae sed divisae usque ad costalem, et ibi non divergentes: prima sat exili: quarta et quinta extrinsecus parallelae: areolae basales ambae completae. Pedes femoribus anticis et posticis, in mare paulo aut valde crassioribus.

Abdomen faeminae in emortuis corrugatum.

sp. Italicae

A. Antennae totae luteae.

B. Maris femora antica et etiam postica crassissima.

Abdomen segmento anali sat incrassato, porrecto, et laeve.

sp. 1. T. *macrura* n.

BB. Maris femora antica, et etiam postica distincte crassiora sed non crassissima.

Abdomen segmento anali nec sat incrassato, nec porrecto, nec laeve.

sp. 2, T. *flava* Lin.

AA. Antennae articulo ultimo toto vel fere toto nigro.

sp. 3. T. *oppidana* Scop.

---

sp. 1. *macrura* n.

Similis *flavae* Lin. nisi statura normaliter paulo maiore, sed pari modo tota flavo-lutescens puncto tantum ocellari nigro, et abdomine aliquando paulo brunnescente.

Nostra tamen a Linneana diversa non solum femoribus praesertim anticis in mare distincte crassioribus, sed magnitudine segmenti ultimi abdominis in eodem sexu sat incrassati et porrecti, et glabri; in individuis abdomine paulo brunneo segmentum istud semper flavo-luteum.

(*Nota*) Specierum notae distinctivae, a colore tantum oculorum in vivis desumptae, nisi aliis differentiis organicis concomitatae, insufficientes mihi videntur, nam facilius color aetate, vel aliis causis variare potest.

sp. non rara cum congeneribus, in domibus, et muris Italiae mediae et superioris.

sp. 2. T. *flava* Lin. De G. Fall. Mgn. Desv. Zett. Schin.

femorella *Fall. Zett.*

flavicornis *Desv.* ♀.

fenestrarum *Desv.* ♂ *Rndn.* ♂♀.

T. *flava* Zett. et *femorella* Fall. coniunctae in unica a me fuerunt, quia distinctae tantum colore oculorum diverso, in vivis observato.

sp. vulgaris in tota Italia in domibus et saepe in fenestris legenda.

sp. 3. T. *oppidana* Scop.

chrysophthalma *Zett.*

lutea *Fall. Mgn. Zett. Schin.*

flava *Fab.* (non Lin. nec Mgn).

nigricornis *Desv.* ♀ (Scyphella).

T. *lutea* et *chrysophtalma* Zett. distinctae fuerunt, colore tantum diverso oculorum, in vivis observato, inde in unica a me conjunctae.

sp. non infrequens cum congeneribus, in muris et Domibus Italiae superioris et mediae.

G. II. PIOPHILA *Fall. Mgn- Macq. Zett.*

Tephritis *Fab.*

Musca *Lin. Scop. Fab.*

Epistomium setis duabus vibrissinis majusculis sat distinctis.

Antennae breves, articulo tertio sub-ovato vel subcirculari, arista ad radicem articuli sita:

Frons in vertice tantum setigera.

Alae venis duabus primis longitudinalibus sat proximis sed distinctis usque ad costalem, et ibi non manifeste divergentibus, secunda tamen cum costali longe decurrente: quarta et quinta sub-parallelis: areolis basalibus duabus integris.

Pedes femoribus parum crassis et parum diversis; tarsis posticis basi non incrassatis.

sp. Italicae.

A. Genae et Frons antice lutescentes vel rufescentes.

B. Pedes omnes partim et magis vel minus nigricantes.

C. Antennae totae rufescentes.

sp. 1. *casei* Lin.

CC. Antennae articulo tertio toto nigro.

sp. 2. *melanocera* n.

BB. Pedes quatuor posteriores toti pallide lutei; antici fere toti nigri.

sp. 3. *pusilla* Mgn.

AA. Frons tota cum genis nigro nitida.

D. Pedes posteriores lutescentes, femoribus in medio late nigricantibus.

E. Frons antice transversim depressa, sed non anguste et profunde in medio foveolata.

sp. 4. *nigriceps* Mgn.

EE. Frons antice foveola, supra antennas, angusta et profunda distincta.

sp. 5. *foveolata* Mgn.

DD. Pedes quatuor posteriores toti lutescentes, vix aliquando femoribus posticis apici paulo infuscatis.

sp. *latipes* Mgn.

---

sp. 1. P. *casei* Lin. Fall. Mgn. Macq. Zett. etc.

atrata Fab. Mgn. Mcq. Zett.

vulgaris (prt.) Fall.

petasonis Dufr.

putris (prt.) Lin. Scop.

Vulgaris ubique, in caseis, cadaveribus, fungis putrescentibus etc.

(*Nota*) spec. *atrata* Fab. in sinonim: istius posita, quia ut suspicatur Clar. Zetterstedt non sufficienter distincta mihi videtur a Linneana.

sp. 2. P. melanocera *n.*

Similis varietatibus aliquibus P. casei, a quibus tamen distinguenda, non solum statura circiter duplo minore, sed praecipue colore articuli ultimi antennarum, toto et determinate nigro. P. *nigricornis* Zett., longe ab hac distat, et sectioni adscribenda capite toto nigro distinctae.

Bis tantum a me lecta in cadaveribus equinis prope Parmam.

sp. 3. P. *pusilla* Mgn. Zett. Schin.

Femoribus anticis fere totis fulvis, apice tantum annulo fusco cinctis, tibiis propriis nigris basi rufescentibus, tarsisque partim luteis, a proximis distincta.

In exemplare unico nostro tarsi posteriores etiam apice lutei.

Semel a me lecta cum congeneribus in cadavere equino.

sp. 4. P. *foveolata* Mgn. Macq. Schin.

Difficiliter distinguenda a sequente P. *nigricepside* Mgn. nisi attente observatur foveola frontalis, in hac specie angusta et profunda, non in depressionem transversam elongata.

Praeterea in paucis exemplaribus nostris, statura *foveolatae* minor, et antennae articulo tertio sat obscuriore, seu fusco-rufescente non rufo,

Raro in cadaveribus. Parmae capta.

sp. 5. P. *nigriceps* Mgn. Zett. Schin.

vulgaris (prt.) Fall.

Paulo major praecedente; antennis purius rufis: et fronte antice transversim depressa, depressione postice concava, non profunde et anguste in medio foveolata dignoscitur.

Rarissimo eam legi cum congeneribus in collibus agri Parmensis.

sp. 6. P. *latipes* Mgn.

Congeneribus nonnullis similis, genis et fronte tota nigris etc.

Sed statim distinguenda, structura pedum anticorum, in quibus tibiarum apex et tarsi manifeste compressi et dilatati observantur,

Praeterea ab aliis affinibus disticta pedibus quatuor posterioribus totis luteis, et a P. *flavipede* Zett. cujus pedes posteriores pari modo toti lutescentes, nigredine tibiarum anticarum dignoscitur.

In uno specimine nostro femora postica ad apicem infuscata observantur.

Bis a me lecta in agro parmensi, et semel in Etruria a cl. Haliday.

G. III. Peratochetus Rndn. 1856.

Frons setis praedita antice et in vertice.

Epistomium setis duabus validis instructum.

Antennae articulo tertio subcirculari, arista sub-nuda prope apicem articuli inserta.

Palpi compressi et lati, et paulo producti.

Alae venis duabus primis subparalleliter decurrentibus usqe ad costalem et ibi non manifeste divergentibus: quarta et quinta extrinsecus paralallelis: transversa intermedia paulo extra apicem sita secundae logitudinalis,

et fere aequidistante ab exteriori et basalibus: exteriore recta: areolis duabus completis ad basim.

Tibiae anticae et posticae setula erecta nulla sub-apicali.

sp. Ital. unica.

1. P. *lutescens* Rndn.

Totus luteo-testaceus, antennis et abdomine rufis, facie et palpis pallidioribus, istis apice paulo fuscis; puncto ocellari nigro:

Alae dilute fusco-lutescentes, ad costam colore saturatiore: vena tertia ad apicem vitta lata fusca marginata.

Femora omnia, praesertim in mare, subtus breviter sed distincte setulis et pilis ciliata.

Bis marem inveni in agro parmensi, et faeminam germanicam obtinui olim a cl. De Roser.

G. IV. Geomyza Fall. Zett. Rndn. Schin.

Opomyza (prt.) Mgn. Macq.

Tephritis Fab.

Musca Lin. Scop. Fab.

Arista superne ciliata.

Epistomium setis duabus vibrissinis validiusculis.

Alae vena secunda longitudinali ante apicem cum prima subconfusa, apice bifido vel furcato etc.

sp. Italicae.

A. Thorax totus rufescens vel lutescens.

B. Alae vena transversa exteriore tantum, et apice fusco-nigricante maculatis.

sp. 1. *venusta* Mgn.

BB. Alae venis duabus transversis et apice, fusco-obscure maculatis.

C. Alae macula fusca destitutae prope basim supra venas duas primas: venae transversae fuscedine angusta et diluta marginatae, in transversa intermedia angustiore.

sp. 2. *combinata* Lin.

CC. Alae macula fusca parva sed distincta supra duas venas

primas prope basim: venae transversae late et saturate fusco-cinctae, fuscedine transversae intermediae latiore.

sp. 3. *pictipennis* n.

AA. Thorax totus vel fere totus fusco-nigricans.

D. Pedes omnes et toti lutescentes.

sp. 4. *tripunctata* Scop.

DD. Pedes saltem postici partim nigricantes.

E. Pedes omnes lutescentes, posticis tantum exceptis, tibias et tarsos, ut femora parte apicali nigricante, praebentibus.

sp. 5. *calceata* n.

EE. Femora omnia, et pedum posticorum tibiae magis vel minus late nigricantia.

sp. 6. *bracata* n.

---

sp. 1. G. *venusta* Mgn. Macq. Schin.
combinata (prt.) Zett.

A congeneribus thorace rufescente affinibus, distincta tantum absentia maculae fuscae in vena transversa intermedia; sed nota ista costans inde specifica.

Frequens in collibus agri parmensis, in Pedemontio, Etruria. Gallicum exemplar et aliud Germanicum possideo, italicis omnino similia.

sp. 2. G. *combinata* Lin. Fab. Mgn. Macq. Zett. Schin.

Similis praecedenti *venusta,* et sequenti *pictipennis,* sed distincta a prima, vena transversa intermedia fuscolimbata: a secunda, venis transversis anguste et languide fusco-cinctis, et absentia maculae fuscae prope basim supra venas primas.

Non rara in Italia superiori.

sp. 3. G. *pictipennis* n.

Similis G. *combinatae,* sed notis constantibus nonnullis di-distincta; scilicet venis transversis fuscedine sat lata et obscura cinctis, et semper transversa intermedia distincte latius marginata, non angustius ut in praecedente: et pre-

sentia maculae fuscae prope basim alarum supra venas duas primas.

Frequens in agro parmensi, et etiam in Insubria, Etruria, et Pedemontio lecta: specimen gallicum etiam possideo nostris aequale, a cl. Macq. nomine *combinatae* missum.

sp. 4. G. *tripunctata* Scop. Fall. Mgn. Zett. Schin.

Thorax griseo-fuscus; capite cum antennis rufescente; pedibus luteis.

Alae radice paulo infuscata, apici macula fusca, et venis transversis fuscedine obscura limbatis

Rarissimo lecta in Apennino parmensi.

sp. 5. G. *calceata* n.

Corpus nigricans grisei adspersum, praesertim in dorso thoracis; capite rufescente, genis et epistomio pallidioribus; antennae pallide luteae, basi fuscescente, arista nigra.

Alae venis transversis late et obscure fusco-limbatis, macula fusca apicali. et altera minore prope basim contra venam secundam.

Pedes pallide lutei, femoribus pedum posticorum in medietate apicali, tibiis, tarsisque propriis nigris.

Mas semel lectus in Apennino parmensi.

sp. 6. G. *bracata* n.

Similis praecedenti colore corporis, capitis, antennarum etc; et alarum pictura aequalis; tamen sat distincta colore pedum diversissimo.

In hac femora omnia, et praesertim quatuor posteriora plus minusve late in medio nigricantia, non postica tantum in medietate apicali: tibiae posticae ut in praecedente specie nigro-fuscae, sed apice et tarsis propriis luteis, non istis quoque nigris.

Rarissimo lectus mas tantum in collibus ditionis parmensis.

G. V. Opomyza Fall. Zett. Rndn. Schin.
(prt.) Mgn. Macq.
Dacus Fab.

Musca Lin. Fab.

Alarum venae duae primae brevissimae et conformatae ut in Gen. praecedente, sed Epistomium vibrissis destitutum, et Arista vel subnuda vel superne et inferne pubescens, non distincte supra radiata.

sp. Italicae.

A. Alae venis duabus transversis et apice, sed non margine anteriore, fusco-limbatis.

sp. 1. *florum* Fab.

AA. Alae venis transversis, apice, et margine anteriore fusco-limbatis.

sp. 2. *germinationis* Lin.

sp. 1. O. *florum* Fabr. Mgn. Macq. Zett. Schin.

punctella (prt.) Fall.

Luteo flavida, epistomate albicante, pedibus pallide luteis, thorace et scutello non fusco-vittatis.

Alae costa non infuscata: praeter maculas fuscas ordinarias, in venae quintae longitudinalis segmento ultimo, punctum, vel puncta aliqua obscura observantur.

Abdomen aliquando brunneum.

Frequenter legitur in tota Italia.

sp. 2. O. *germinationis* Lin, Fab. Fall. Mgn. etc.

Testacea, abdomine obscuro, et thoracis dorso fusco-bivittato. Alae praeter maculas etiam costa infuscata: punctis fuscis nullis in vena quinta.

Vulgaris in tota Italia.

G. VI. Toxoneura Macq.

Ocnerus (prt.) Costa O.

Ortalis Mgn.

Dacus et Scatophaga Fab.

Musca Rossi.

Epistomium subnudum, vibrissis nullis, *buccula distinctissima* et *porrecta* instructum.

Antennae breves, flexae, articulo ultimo breviter sub-ovato, arista plumosula. Oculi sub-globulosi.

Alarum venae duae primae gradatim a basi ad apicem divergentes: quarta et quinta sat distantes, et extrinsecus paulo divergentes: quinta sursum bis arcuatim flexa: transversa intermedia paulo extra apicem sita secundae longitudinalis: transversa exteriore sub-arcuata.

Abdominis segmenta margini postico setulosa: faeminae oviducto emissibile, acuminato etc.

sp. italica unica.

1. T. pulchella Rossi. Fab. Mgn. Costa.
fasciata Macq.
lobata Fab (Scatophaga)

Rufescente testacea, occipite paulo fusco: thoracis dorso nigricante bivittato, vittis latis longitudinalibus; scutello vel nigro, vel nigricante ferrugineo, nitido, glabro: pectoris macula nigra, et saepe metathorace nigricante-bivittato.

Abdominis segmenta, praesertim posteriora, margine apicali fusco-obscuro, et nigro setuloso. — Halteres pallide lutei.

Alae fascia lata, continuata, fulvescente, fusco-maculata cinctae, plaga intermedia elongata et margine posteriore anguste, decoloribus: fascia ad apicem late infuscata, in latere posteriori postice et paulo etiam antice fusco limbata, et macula fusca distinctiore notata supra venam transversam intermediam.

Pedes omnes et toti pallide lutei.

Uterque sexus in Etruria inventus fuit a cl. Haliday, et marem unicum legi in colle sub-apennino ditionis parmensis.

G. VII. Palloptera Fal. Zett. Rndn. Schin.
Sapromyza Mgn. Macq.
Dacus Fab. — Suillia Desv.
Musca Lin. Fab. Rossi.

Epistomii margines brevissime et exilissime setulosi: Buccula vix aut non porrecta vel sub-indistincta.

Arista breviter pilosula, vel tomentosa, vel nuda.

Alae venis duabus primis a basi ad apicem regulariter divergentibus: quintae segmentis duobus ultimis, et transversa exteriore sub-rectis etc.

species Italicae.

A. Alae venis duabus transversis fusco-vel nigricante limbatis.

B. Corpus totum vel fere totum rufescens.

C. Venula transversa intermedia magis proxima exteriori quam basalibus; fuscedo marginalis venulae intermediae parva et sejuncta a vitta nigricante stigmatica.

sp. 1. *trimacula* Mgn.

CC. Venula transversa intermedia magis distans ab exteriori, quam a basalibus: fuscedo marginalis venulae intermediae lata et ad vittam nigricantem stigmaticam extensa.

sp. 2. *arcuata* Fab.

BB. Corpus totum vel fere totum nigricans, vel fuscogriseum.

D. Alae spatio inter venas costalem et tertiam longitudinalem toto nigricante. — Frons tota rufa.

Abdominis segmenta basi rufescentia.

sp. 3. *limbata* n.

DD. Alae margine anteriore anguste nigricante limbato. — Frons antice rufa, postice fusca.

Abdomen totum nigricans.

sp. 4. *umbellatarum* Fab.

AA. Venula transversa intermedia haud fusco- limbata, vel etiam exteriore immaculata.

E. Vena transversa exteriore fusco-marginata, et non intermedia.

F. Frons fulva, puncto ocellari nigro. Scutellum luteum.

Pleurae rufescentes.

sp. 5. *ambusta* Mgn.

FF. Frons antice rufescens, postice obscure fusca.

Thorax cum scutello et pleuris fusco-nigricans, plus minusve grisescens.

sp. 6. *usta* Mgn.

EE. Venae transversae omnes immaculatae.

G. Vitta nigricans stigmatica in lineam marginalem continuata usque ad maculam fuscam apicalem.

sp. 7. *saltuum* Lin.

GG. Alae macula tantum fusca apicali signatae.

sp. 8. *ustulata* Fall.

---

sp. 1. P. *trimacula* Mgn.

trimaculata Zett.

Rufa. Seta nuda.

Alarum maculae fuscae tres: una lata ad apicem, duabus in venis transversis disci: praeter vittam stigmaticam nigricantem intra venas duas primas.

Rara in montuosis agri parmensis et Pedemontii.

sp. 2. P. *arcuata* Fab. Fll. Mgn. Macq. Zett.

Similis praecedenti, sed arista pubescens non nuda;

Alarum macula fusca venae transversae intermediae ampla et ad vittam stigmaticam extensa, non ab eadem sejuncta: macula etiam apicalis sat latior, et in costa incipiens contra transversam exteriorem.

In Pedemontio raro lecta; exemplar unum misit Prof. Bellardi.

sp. 3. *limbata* n.

Corpus rufescens, thoracis dorso fusco-griseo, pleuris luteo-grisescentibus, et metathorace nigro.

Abdominis suturae segmentorum nigricantes.

Caput superne rufum, puncto ocellari nigro: antennis rufis arista nigra, pubescente: epistomio et genis pallide luteis.

Alae margini antico spatio supra venam tertiam longitudinalem toto nigricante, usque ad maculam fuscam apicalem latam continuato: venula transversa intermedia anguste, exteriore late fusco-limbatis: vitta stigmatica, et altera parva ad originem venae tertiae longitudinalis nigris.

Pedes toti fulvescentes, apice tantum tarsorum fusco.

a. P. marginata, Mgn., statim dignoscenda pictura thoracis et abdominis etc.

Faeminam unicam inveni prope *Oropam* in alpibus pedemontanis.

sp. 4. P. *umbellatarum* Fbr. Rossi. Mgn. Zett. Schin.
gangrenosa Pnz. Fall.
germinationis (prt.) Lin.

Caesia opaca, capite rufescente vertice fusco, genis et epistomio albo-nitentibus: antennae rufae, arista pilosula.

Alae venis transversis et apice late fuscis, costa anguste nigricante.

Raro in Apennino parmensi, et Pedemontio capta.

sp. 5. P. *ambusta* Mgn. Zett. Schin.

Thoracis rufescentis dorso et metathorace nigro-nitidis, et abdomine basi et apice leteis, in medio nigro, facile cognoscenda:

Alae apice fusco, fuscedine in costa oriente contra venam transversam exteriorem: vitta stigmatica nigra: areola transversa intermedia immaculata, exteriore late fusco limbata.

Non frequens in Apennino parmensi a me inventa.

sp. 6. P. *usta* Mgn. Zett. Schin.
scutellata Macq.

Thorax fusco-grisescens, scutello et humeris subrufescentibus.

Alae macula fusca circa vittam stigmaticam nigram: apici late fusco-marginatae: vena transversa exteriore fuscedine lata cincta, intermedia haud fusco-limbata.

Abdomen totum nigrum. — Pedes lutei.

Semel a Prof. Bellardi exemplar speciei obtinui, in Pedemontio captum.

sp. 7. P. *saltuum* Lin. Schin.
marginella Fall.
unicolor Fab. Mgn. Macq. Zett.

Raro legitur in Apennino et Alpibus.

sp. 8. P. *ustulata* Fall. Mgn. Macq. Schin.

Non frequenter eam inveni in Apennini parmensis collibus.

G. VIII. Ochtiphila Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin.

Chamaemyia Pnz.

Estelia Desv.

Antennae porrectae breves, articulo ultimo ad apicem plus minusve acuminato vel angulato.

Epistomium margine setuloso, sed vibrissis validis nullis.

Alarum vena secunda longitudinalis ante apicem, satis approximata primae, inde devergens; transversa intermedia non retracta prope basales.

sp. observatae.

A. Antennae saltem partim rufae.

B. Antennae fere totae rufescentes

sp. 1. *maritima* Dufr.

BB. Antennae basi et apice nigrae, in medio rufae.

sp. 2. *polistigma* Mgn.

AA. Antennae totae nigrae.

C. Tibiae omnes totae vel fere totae lutescentes.

D. Frons fasciola transversa nigricante.

Tibiae posticae annulis duobus fuscis.

sp. 3. *frontella* n.

DD. Frons grisea vel cana unicolor.

Tibiae omnes totae lutescentes.

E. Abdomen distincte nigro-punctatum.

sp. 4. *juncorum* Fall.

EE. Abdomen punctis nigris haud distinctis.

sp. 5. *aridella* Fall.

CC. Tibiae omnes cum femoribus saltem late nigricantes.

sp. 6. *obscuripes* n.

---

sp. 1. O. *maritima* Dufr. Zett Schin.

juncorum (prt.) Fall.

flavipalpis Halid.

Antennis et palpis rufescentibus facile distinguenda.

Abdomen griseum non nigropunctatum. Pedes femoribus nigricantibus tibiis tarsisque luteis.

Specimen coll. meae anglicum a cl. Haliday acceptum.

sp. 2. O. *polistigma* Mgn. Macq. Zett. Schin.

Antennis nigris in medio rufis statim cognoscenda. Abdominis grisei puncta dorsualia octo in seriebus duabus disposita. — Femora nigricantia, geniculus, tibiis, tarsisque luteo-testaceis.

In Italia superiori et media frequenter legitur.

sp. 3. O. *frontella* n.

Similis *coronatae* Lw., sed notis aliquibus. inter sequentes, distinguendam esse puto.

Griseo-cana, nullo modo neque dilutissime lutescens.

Frons cana, linea exilissima antica, et fasciola angusta supera transversis nigricantibus: epistomio et genis albonitentibus.

Antennae cum arista nigrae.

Abdominis segmenta 2. 3. 4 punctis sub-impressis aequalibus nigris: duobus in dorso singuli segmenti, duobus ad latera sub-reflexa: inter puncta duo dorsualia segmenti quarti etiam lineola nigra adest.

Pedes pallide sub-testacei, femoribus omnibus et totis nigricantibus grisei adspersis, apice summo testaceo: tibiis posticis ad basim annulo fusco et altero sub-apicali dilutiore cinctis.

Similis etiam O. *juncorum* Fall., sed sp. ista a nostra statim distinguenda, fronte unicolore griseo-cana, tibiis nullis fusco-annulatis etc.

Rarissimo lecta in ditione parmensi

sp. 4. O. *juncorum* Fall, Mgn. Macq. Zett.

herbarum Desv.

Specimen tantum vidi pedemontanum; et nescio sì in aliis plagis italicis inveniatur.

sp. 5. O. *aridella* Fall. Mgn. Macq. Zett.

Similis praecedenti, sed abdomine haud nigro punctato.

Exemplaria duo tantum sp. observavi, unum in Apennino parmense lectum, aliud danicum a Cl. Staeger missum.

sp. 6. O. *obscuripes* n.

Grisea, facie alba, antennis cum arista nigris, quarum articulus ultimus apice manifeste acuminatus

Abdomen unicolor griseum, haud distincte nigro-punctatum: tamen in dorso segmentorum quarti et quinti, atoma dua vix perspicienda adsunt nigricantia.

Pedes obscure fusci, geniculis tantum lutescentibus.

Unicum marem legi in Agro parmense.

G. IX. Leucopis. Mgn. Macq. Rndn. Zett. Schin.

Anthomyza Fall.

Antennae articulo ultimo disciforme, arista dorsuali, brevi, nuda.

Epistomium non setulosum.

Frons margini tantum occipitali setis parce instructa. — Proboscis brevis labiata.

Alae venis duabus primis longitudinalibus ante apicem distincte approximatis, inde divergentibus: transversa intermedia circiter contra apicem primae, aut secundae longitudinalis sita, longe a transversis basalibus etc.

sp. observatae.

A. Pedes femoribus et tibiis fere totis nisi totis nigricantibus.

B. Femora et tibiae etiam ad geniculos nigricantia.

sp. 1. L. *obscura* Halid.

BB. Geniculi magis vel minus late pallidi.

C. Frons. postice area latiuscula, sub-quadrata, nigra, orbitis et margine anteriori cano-albidis.

D. Tarsi intermedii articulis primis duobus, postici primo tantum lutescentibus.

Abdomen in dorso segmenti tertii nigro bipunctatum, punctis distinctis latiusculis sub-impressis.

sp. 2. L. *aphidivora* Rndn.

DD. Tarsi intermedii articulis primis tribus, postici duobus lutescentibus.

Abdomen haud manifeste nigro-punctatum.

sp. 3. L. *aphidiperda* Rndn.

CC. Frons aut tota cano-albida, aut vittis duabus obscuris plus minusve perspicuis.

E. Tarsi postici basi tantum articuli primi lutescentes.

Vittae frontales nigricantes distinctissimae, latiusculae.

sp. 4. L. *talaria* n.

EE. Tarsi postici articulis saltem duobus lutescentibus.

Vittae frontales, vel angustae, vel dilute fuscae, vel nullae.

F. Tarsi posteriores articulis duobus vel tribus apicalibus obscure fuscis, non totis lutescentibus.

G. Thorax vittis duabus lateralibus obscuris distinctis, sed lineis fuscis intermediis non perspicuis.

Venula transversa exterior longitudine distincte minore distantia ab intermedia.

sp. 5. L. *lusoria* Mgn.

GG. Thorax vittis lateralibus et lineis intermediis observandis.

Venula transversa exterior longa circiter ut distantia ab intermedia.

sp. 6. L. *griseola* Fall.

FF. Tarsi posteriores toti lutescentes, vel vix summo apice fusci.

H. Thorax vittis lateralibus et lineis intermediis distinctis.

Frons cano-albicans, obscure bivittata.

sp. 7. L. *minuscula* n.

HH. Thorax vittis tantum lateralibus distinctis.

Frons cano-albicans unicolor.

sp. 8. L. *palliditarsis* n.

AA. Pedes omnes, vel quatuor posteriores tibiis totis lutescentibus, vix aliquando annulo dilute fusco.

I. Femora omnia late, nisi tota obscure fusca.

K. Tibiae anticae partim nigricantes.

sp. 9. L. *armillata* n.

KK. Tibiae omnes, etiam anticae, totae lutescentes.

L. Thorax dorso toto cano, nec vittis nec lineis obscuris distinctis.

sp. 10. L. *bursaria* Rndn.

LL. Thorax dorso saltem vittas obscuras laterales praebente.

M. Antennae atrae.

Abdominis puncta nigra dorsualia non aut vix observanda, saepe minuta fusca.

sp 11. L. *Palumbii* Rndn.

MM. Antennae luteae vel fusco-lutescentes.

Abdominis puncta nigra dorsualia distincta, latiuscula, rotundata.

sp. 12. L, *Ballestrerii* n.

II. Femora quatuor posteriora, ut tibiae omnes lutescentia.

sp. 13. L. *Misaphida* Rndn.

---

sp. 1. L. *obscura* Halid.

Fusca, sub-grisea unicolor; antennis nigris: pedibus nigricantibus etiam ad geniculos; metatarso intermedio partim lutescente: halteribus capitulo albicante etc.

Specimen meum a Cl. Haliday acceptum, in Hybernia captum.

sp. 2. L. *aphidivora* Rndn. 1848.

Frons in vertice aream subquadratam nigram praebens, margine anteriore et orbitis, albidis.

Thorax vittis lateralibus obscuris, et lineis duabus fuscis intermediis distinctis.

Abdominis segmentum tertium in dorso bipunctatum, punctis latiusculis, nigris, sub-rotundatis, sat perspicuis.

Pedes nigricantes, geniculis et tarsorum basi lutescentibus: tarsorum anticorum articulo primo ad basim, intermediorum articulis duobus; posticorum basali toto luteis.

Alae, in paucis exemplaribus observatis, venulam trasversam exteriorem distincte minus longam praebent distantiae ab intermedia.

Larva parassita aphidum, praesertim spec; *terricolae* Rndn. in radicibus herbarum viventis.

Parmae a me observata.

Pupa fusco-ferruginea, lateribus elevato-sub-carinatis, carinis

rufo-testaceis: Corniculis uno apici instructa distantibus et longiusculis.

sp. 3. L. *aphidiperda.*

Frons ut in L. *aphidivora,* area nigra verticali praedita, et aliis notis sp. ista precedenti similis, sed distincta:

Abdominis dorso punctis nigris non observandis.

Tarsis posterioribus latius ad basim lutescentibus; scilicet, articulis tribus tarsorum intermediorum, duobus posticorum, lutescentibus.

Alarum venula transversa exterior circiter longa ut distantia ab intermedia.

Notae istae si constantes certe specificae.

In aphidibus mali larvas sp. inveni prope. Parmam, et in collibus sub-apenninis.

Pupa rufescens, unicolor, scabricula, superne transversim striata, lateribus biseriatim rugulosis sed non elevato-carinatis; corniculis elongatis, sub-conicis etc.

sp. 4. L. *talaria* n.

Frons cano-albicans, vittis duabus nigricantibus latiusculis, sic latis ut distantibus.

Thoracis vittae obscurae laterales et lineae fuscae intermediae distinctae.

Abdominis puncta duo dorsualia perspicua.

Pedes nigricantes, geniculis omnibus, tarsorum intermediorum articulis duobus, posticorum basi articuli primi lutescentibus.

Alarum vena transversa exterior minus longa distantiae ab intermedia: longitudinales quarta et quinta paulo extrinsecus divergentes.

Notae istae in unico exemplare observatae.

Inter Hyalopteros pruni Kch. invento.

sp. 5. L. *lusoria* Mgn. Rndn.

Cano-albicans, fronte obscure bivittata. Antennae atrae.

Thoracis vittae obscurae laterales distinctae, lineis fuscis intermediis non perspicuis.

Abdominis puncta duo nigra dorsualia latiuscula rotundata, sat distincta.

Pedes nigricantes, geniculis, tarsorum anticorum basi articuli primi, posticorum articulis duobus lutescentibus.

Alarum venula transversa exterior distincte minus longa distantiae ab intermedia.

Absentia linearum fuscarum in dorso thoracis, et brevitas venae transversae exterioris si ut in paucis nostris exemplaribus observatae, in aliis constantes, sp. Meigeniana non confundenda cum varietatibus *griseolae* Fallenii, ut Cl. Zetterstedt cogitat.

In Cocco juniperi et aliis congeneribus ejus larva vivit, Parmae a me observata, sed etiam in aphidibus nonnullis.

sp. 6. L *griseola* Fall. Schin (non Mgn. nec Macq.)

punctella Zett.

Frons obscure bivittata — Antennae nigrae.

Thorax vittis lateralibus et lineis intermediis distinctis.

Abdomen punctis duobus dorsualibus plus vel minus perspicuis.

Pedes nigricantes, geniculis et tarsorum quatuor posteriorum articulis duobus basalibus luteis.

Alarum vena transversa exterior longitudine sub-aequali distantiae a transversa intermedia.

Parmae saepe a me lecta inter aphidinas varias; seu, Hyalopteros pruni, Aphides persicae Fnscl etc.

sp. 7. L. *minuscula* n.

Sat parva. Frons obscure bivittata.

Thorax vittis obscuris lateralibus latis, et lineis fuscis intermediis distinctis.

Antennae fusco-rufescentes, non nigrae.

Pedes nigricantes, geniculis, tarsis quatuor posterioribus totis vel fere totis, et basi metatarsi antici lutescentibus: tibiis intermediis etiam apici luteis.

Abdominis puncta nigricantia dorsualia parum observanda.

Specimen unicum observavi in Italia australi lectum et mihi trasmissum a Cl. Haliday.

sp. 8. L. *palliditarsis*. n.

Frons non manifeste obscure vittata. — Antennae nigrae.

Thoracis vittae laterales angustae sed distinctae, lineis fuscis intermediis non observandis.

Abdominis puncta obscura dorsualia non perspicua.

Pedes obscuri, geniculis tarsisque omnibus luteis, vix apici paulo obscurioribus.

Alarum vena transversa exterior minus longa distantiae ab intermedia.

Raro lecta in collibus parmensibus inter aphides populi nigrae, seu *Chaithophoros populi* Kch.

sp- 9. L. *bursaria* Rndn., 1848.

Similis fere in omnibus sp. *palliditarsi*, sed faciliter distinguenda; Thoracis dorso toto albicante, vittis et lineis nullis obscuris; et tibiis omnibus et totis lutescentibus.

Pupae in agri parmensis collibus lectae non raro, inter Pemphigos bursarios Kch, in gallis petioli foliorum Populi albae, et in gallis difformibus foliorum ulmi campestris, inter Schizoneuras ulmi Klt. et in Pemphigo semilunari Pass.

Pupa ferruginea, scabricula, lineis duabus lateralibus rugulosis elevatis, corniculis longis crassiusculis leviter incurvis etc.

sp. 10. L. *armillata* n.

Frons albicans, in medio grisescens, sed vittis obscuris non perspicuis.

Thoracis vittae laterales amplae, et lineae fuscae intermediae distinctae.

Abdominis puncta dorsualia obscura non, aut vix observanda et minutissima.

Pedes femoribus omnibus late, et tibiis anticis partim obscure fuscis, alibi lutescentes.

Alae venis longitudinalibus quarta et quinta ad apicem paulo convergentibus: transversa exteriore minus longa distantiae ab intermedia.

In agro parmensi non frequens inter aphides varios.

sp. 11. L. P. *Palumbii* Rndn. 1871.

Frons albicans haud obscure-vittata. Antennae atrae.

Thorax vittis lateralibus obscuris distinctis, lineis fuscis intermediis non observandis.

Abdominis pucta duo obscura dorsualia, parva, et saepe parum perspicua.

Pedes tibiis tarsisque omnibus et totis, cum apice femorum luteis, femoribus tantum nigricantibus etc.

Larvas et pupas observavi in gallis majoribus rotundatis Pistaciae terebinti a D. F. Mina Palumbo missis e Sicilia; ibi Pemphigos utricularios vorant larvae, sed forte etiam aliis Pemphigis foliorum Pistaciae vescutur.

Pupa pallide-testacea, hirtula, corniculos breves sub-tuberculiformes uno apici praebet.

sp. 12. L. *Ballestrerii* Rndn.

Similis habitu, colore corporis, statura etc. sp. praecedenti, sed distincta, praesertim.

Antennis rufescentibus, non nigris; et punctis dorsualibus abdominis latiusculis, rotundatis, distinctissimis.

Exemplaria aliqua inveni inter Pemphigos cornicularios Pass. gallas siliquiformes Pistaciae terebinti efformantibus, a March. Ballestrero panormitano mihi transmissas.

sp. 13. L. *misaphida* Rndn 1848.

Frons obscure bivittata. — Antennae nigrae.

Thoracis lineae fuscae intermediae observandae, et vittae obscurae laterales aplissimae.

Abdominis dorsum albedine paulo lutescente et punctis obscuris non perspicuis.

Pedes toti lutescentes, exceptis femoribus anticis in medio, et tarsis pariter anticis ad apicem, obscure fuscis.

Inventa in colle ditionis parmensis inter aphides lonicerae Fnscl. seu Siphocorinas Pass. xylostei Schr.

G. X. Sephanilla n.

Charact. praecipui.

Antennae breves, articulo ultimo circulari, arista dorsuali, nuda.

Frons in medietate posteriori setigera.

Epistomium porrectum, margine laterali setuloso.

Scutellum setis 4. instructum.

Alae venis duabus primis longitudinalibus, ante apicem approximatis, inde divergentibus: costali usque ad apicem longitudinalis quintae producta: *transversa intermedia sat prope basalibus, et longe ab exteriori sita* etc.

sp. Unica.

S. *sertulata* n.

Nigra, nitens praesertim in dorso abdominis:

Frontis taenia transversa flava prope marginem anteriorem: — Proboscis alba.

Oris margine et vittis duabus superne sitis, parvis, luteo-albidis.

Antennae rufae limbo supero nigricante.

Halteres pallidi, stipite fusco.

Pedes femoribus nigris, radice et geniculis pallide luteis: tibiis fuscis, annulo intermedio plus minusve dilutiore: tarsis articulis basalibus pallidissime lutescentibus.

Alae sub-limpidae, venis nigricantibus: transversae exterioris distantia ab intermedia vix duplo minor distantia ab apice longitudinalis quintae etc.

Non raro legitur in floribus et foliis, agri parmensis.

G. XI. Lonchea Fall. Mgn. Macq. Zett.

Teremya (prt.) Macq.

Musca Fab.

Char. praec.

Antennae ad originem sat proximae, elongatae, contra faciem inclinatae; arista dorsuali nuda, subnuda.

Epistomium margine et lateribus setulosis.

Frons antice pilosa, in vertice setigera.

Alae vena septima longitudinali apici flexuosa, semi

spuria, margini postico alarum producta: transversa intermedia non retracta prope basales etc.

sp. italicae.

A. Pedes toti cum tarsis nigri.

B. Alae ad costam et basim fusco-flavidae.

sp. 1. *flavidipennis* Zett.

BB. Alae etiam basi et costa fere omnino decolores.

C. Antennae elongatae circiter usque ad epistomium.

sp. 2. *vaginalis* Fall.

CC. Antennae abbreviatae, et ab epistomio remotae.

sp. 3. *Deutschi* Zett.

AA. Pedes saltem metatarsis pallide testaceis.

D. Calyptra fusco-nigricantia.

sp. 4. *tarsata* Fall.

DD. Caliptra albicantia.

E. Palpi dilatato-compressi, et producti ultra epistomium.

sp. 5. *palposa* Staegr.

EE. Palpi forma et longitudine ordinariis.

F. Abdomen nigro-nitidum, vel atro-subcaerulescens, non aeneum, nec virescente metallicum.

G. Scutellum atrum ut thorax et abdomen, non nigro-aenescens. Antennae articulo tertio manifeste lato.

sp. 6. *laticornis* Mgn.

GG. Scutellum nigro-aenescens, distinctum a thorace et abdomine atro-nitidis.

Antennae non dilatatae.

sp. 7. *scutellaris* n.

FF. Abdomen aenescens, vel virescente metallicum.

sp. 8. *viridana* Mgn.

---

sp. 1. L. *flavidipennis* Zett.

n i g r a ? Mgn.

Diagnosis nimis brevis et incompleta L. *nigrae,* et ejusdem statura valde minor, vetant ne species ista meigenianae adscribatur.

Adde characteribus *flavidipennis:* venae longitudinalis quintae segmentum penultimum, praecedenti sub-aequale nisi paulo longius, non ut fere in omnibus congeneribus plus minusve brevius.

Non infrequenter legitur in agro parmensi, Etruria, Pedemontio etc.

sp. 2. L. *vaginalis* Fall. Mgn. Macq. Zett.

A praecedente diversa, alis in utroque sexu hyalinis sub-decoloribus etiam ad basim, et venae longitudinalis quintae segmento penultimo breviore praecedente: in coeteris similis flavidipenni.

Raro lecta in collibus agri parmensis et in Etruria.

A duabus praecedentibus diversissima, statura sat minore; calyptris fuscis non albidis, et antennis articulo tertio breviusculo sub-ovato etc.

A vaginali vero etiam distincta, alis paulo flavidis, et venae longitudinalis quintae segmento penultimo longitudine subaequali praecedente.

Rarissima in collibus agri parmensis.

sp. 4. L. *tarsata* Fall. Mgn. Zett. Schin.

Distinguenda facillime a tribus praecedentibus, basi tarsorum flavida, et a sequentibus calyptrorum colore fusconigricante, non albido.

Venae quintae longitudinalis segmentum penultimum vix brevius praecedente.

In agro parmensi et Pedemontio non infrequens.

sp. 5. L. *palposa* Staegr. Zet. Schin.

Statim a congeneribus distincta structura palporum, qui in hac sp. lati sunt, compressi, et ultra epistomium producti.

Praeterea: antennarum articulus tertius longus et latiusculus. — Alae basi paulo flavescentes.

Calyptra albicantia. — Tarsi toti lutei.

Venae quintae segmentum penultimum paulo brevius praecedente etc.

Unicum exemplar possideo in montuosis Insubriae captum.

sp. 6. L. *laticornis* Mgn. Zett. Schin.
(G. Teremyia) Macq.

Latitudine articuli tertii antennarum, ab affinibus facile dignoscenda.

Color corporis totus niger, paulo subcoerulescens.

Alae hyalinae basi dilute lutescentes etc.

Nondum in Italia capta, sed facilius invenienda: hic notata pro comparatione.

sp. 7. L. *scutellaris*. n.

Color corporis atro-nitens, non subcoerulesces, scutello tamen nigro aenescente a colore atro thoracis et abdominis sat distincto.

Antennae breviusculae, non ad epistomium productae, articulo ultimo sub-ovato.

Alae non limpidissimae, venae longidinalis quintae segmento penultimo paulo breviore praecedente, calyptra albicantia.

Tarsi articulis duobus primis luteo-flavidis etc.

Specimina tria legi in collibus agri parmensis, et unum a D. Piccioli etruscum, accepi.

sp. 8. L. *viridana* Mgn.

Colore corporis laete aeneo, vel virescente metallico statim a congeneribus distincta.

Praeterea statura inter minores locanda; antennae ad epistomium non productae, articulo ultimo sub-ovato: Alae hyalinae sub-decolores. — Calyptra albicantia.

Tarsi basi lutescentes etc.

Bis. a me inventa in collibus agri parmensis, et exemplar melitense, nostris minore, a D. Schembri obtinui.

G. XII. Dasiops. Rndn. 1856.

Lonchea Fall. Mgn. Zett. Schin.
Chortophila Mcqrt. (prt.)
Lasiops Mgn. (prt.)

Char. praec.

Antennae ad originem sat distantes: brevissimae et longe

ab epistomio remotae; articulo ultimo non longiore praecedentibus conjunctim: arista dorsuali nuda.

Epistomium cum genis setulosum.

Frons antice pilosa in vertice setigera.

Oculi in mare hirti, in faemina puberuli vel subnudi.

Alae venis duabus primis non manifeste ante apicem approximatis, sed sub-paralleliter decurrentibus, et ad apicem paulo divaricatis: longitudinali septima abbreviata, et a margine posteriori alarum distante etc.

sp. 1. D. *loncheus* Rndn. 1856. (exclus. sinon.)

♀ L o n c h e a parvicornis Mgn.

♂ C h o r t h o p h i l a lasiophtalma Macq.

♂ L a s i o p s aenescens Mgn.

♂♀ L o n c h e a lasiophtalmo Schin. 1863.

Nigra subaenescens, facie paulo albidi nitente,

Alae dilute fusco-fiavidae. — Calyptra albicantia.

Halteres nigri. — Metatarsi luteo-testacei etc.

Vulgaris in tota Italia praesertim superiore; ejus larva in ryzomis vivit Cynodontis dactylonis, ut ex observat. D. Giraud et meis

GENERUM ET SPECIERUM

INDEX

Dal *Bull. Entomol.*, An. VI., 1874.

Firenze — Tip. Cenniniana.

SPECIES ITALICAE

ORDINIS DIPTERORUM

(MUSCARIA *Rndn.*)

COLLECTAE ET OBSERVATAE

A

Prof. CAMILLO RONDANI

Stirps XXIII *AGROMYZINAE*

Stirpis charact. praecipui.

Antennae articulis tribus instructae, aliquando duobus tantum manifestis, praeter aristam dorsualem, nudam vel puberulam superne et inferne, non supra tantum ciliatam; rarissimo abortivam.

Epistomium pilosulum vel setulosum.

Proboscis manifesta, crassiuscula, membranosa, non sat elongata; Palpi mediocres, proboscidem neque et basim supra tegentes; Alarum venae longitudinales sex, prima non considerata quae exilissima, vel interrupta, vel cum sequente conjuncta ante, vel saltem prope costalem: venulae transversae saltem tres, basali vel basalibus consideratis: saepius quatuor, quarum duabus discoidalibus.

Calyptra parva, vel subnulla.

Pedes tibiis setula erecta sub-apicali nulla, et tarsis posticis basi non dilatatis, nec incrassatis.

Generum distinctio:

A. Costa alarum contra venam primam longitudinalem profunde secta.

B. Epistomium buccula, seu praelabro non instructum.

C. Alae areola basali anteriore completa: vena sexta seu ultima postica longa et distincta.

Gen. I. MILICHIA *Mgn.*

sp. typ. M. SPECIOSA *Mgn.*

CC. Alae areola basali anteriore incompleta: vena ultima postica subnulla.

Gen. II. LOBIOPTERA *Wlbrg.*

sp. typ. MILICHIA PALPOSA *Zett.*

BB. Epistomium buccula distincta praeditum.

Gen. III. CANACE *Halid.*

sp. typ. C. NASICA *Halid.*

AA. Costa alarum non profunde secta.

D. Femora postica incrassata.

Gen. IV. ODINIA *Desv.*

sp. typ. O. TRINOTATA *Desv.*

DD. Femora postica non incrassata.

E. Frons sat porrecta: antennae in cavo sub-frontali insertæ.

Gen. V. SELACHOPS *Wlbrg.*

sp. typ. S. FLAVICINCTUS *Wlbrg.*

EE. Frons non sat porrecta: antennae in cavo sub-frontali non locatae.

F. Femora antica distincte crassiora.

Gen. VI. THERINA *Mgn.*

sp. typ. T. FEMORALIS *Mgn.*

FF. Femora antica non distincte crassiora.

G. Vena costalis contra apicem tertiae longitudinalis sistens, non usque ad apicem quartae producta.

H. Antennae amplissimae, arista non observanda: alae areola basali anteriore incompleta.

Gen. VII. CRYPTOCHETUM *n.*

sp. typ. C. GRANDICORNE *n.*

HH. Antennae latitudine ordinaria, arista manifesta; alae areolis duabus basalibus completis.

Gen. VIII. DOMOMYZA *Rndn.* 1856.

sp. typ. AGROMYZA NIGRIPES *Mgn.*

GG. Vena costalis usque ad apicem venae longitudinalis quartae producta.

I. Venula transversa exterior magis proxima intermediae quam margini posteriori alarum.

Gen. IX. AGROMYZA *Fall.*

sp. typ. A. REPTANS *Fall.*

II. Venula transversa exterior mags proxima margini postico alarum quam venulae intermediae.

Gen. X. ANTHOPHILINA *Zett.*

sp. typ. A. GRACILIS *Zett.*

Gen. I. MILICHIA *Mgn. Macq. Rndn.*

Lobioptera *Wlbrg.* (prtm) *Schin. Lw.*

Argyrites *Latr.* 1829 (*).

Alae margine antico profunde secto: areolis duabus basalibus completis: vena sexta, seu ultima postica longa et distincta.

Oculi villosuli. — Epistomium buccula indistincta, marginibus oris setulosis — Abdomen depressum — Femora postica non dilatata etc.

---

spec. *Italicae.*

A. Oculi breviter pilosi — alae fuscedine costali ab apice venae longitudinalis primae parum distante.

sp. 1. M. SPECIOSA *Mgn.*

AA. Oculi longe pilosi — Alae fuscedine antica sat distante ab apice venae longitudinalis primae.

sp. 2. M. DECORA *Lw.*

(*) Argyritis *Hbn.* Lepidopt. 1816.

sp. 1. M. *speciosa* Mgn. Macq. Rndn. Lw. — *Longit.* Mill. 4-5.

Nigricans, thorace canescente; ålae margine anteriori fusco. Abdomen maris superne niveum, faeminae nigricans, basi maculis duabus albicantibus etc.

In floribus Peoniae non frequenter legitur in Etruria et Emilia, raro in collibus, sub-apenninis a me inventa.

sp. 2. M. *decora* Lw.

A me non observata: In Corsica lecta teste Loëwio; sed si ut cl. auct. dicit a M. *speciosa*, cui in omnibus similis, differt tantum pilis oculorum longioribus, et majore distantia a venae primae longitudinalis alarum, fuscedinis costalis, magis quam sp. distincta, varietas localis consideranda.

Gen. II. Lobioptera *Wlbrg.* (pitm) non *Lw.* nec *Schin.* Milichia *Zett.*

Ut in Milichia epistomii buccula nulla et latera setulosa, margo anticus alarum profunde sectus, femora postica non dilatata ec.; sed statim distinguendum, areola basali antica alarum non completa, et vena ultima postica subnulla.

sp. *Italica unica.*

L. S. *palposa* Zett. Schin. e Long. Mill. 2. 3.

Nigra, epistomio cinerei nitente: Palpi magni exserti. Alae sublimpidae, venula transversa intermedia contra apicem sita primae longitudinalis.

Sat rara in collibus sub-apenninis Emiliae et Etruriae.

Gen. III. Canace *Halid. Schin. Lw.* (*)

Oculi subnudi. Epistomium buccula porrecta praeditum: genis setis aliquibus longis instructis: arista puberula. Femora postica non dilatata.

(*) In stirpe *Ephydrinorum* ab auctor. nonnullis locatum, cujus notas aliquas et habitum praebet, sed aliis characteribus melius *Agromyzinis* adscribendum, et praecipue areolis basalibus alarum duabus distinctis et completis; vena prima longitudinali duplici fere usque in apice, et etiam incisione profunda marginis anterioris, quae affinitatem demonstrat istius cum generibus *Milichia* et *Lobioptera* ec.

Alae margine anteriore profunde secto; areolis duabus basalibus completis, et vena ultima postica longa et distincta: vena prima duabus subcontiguis et in costali tantum conjunctis instructa etc.

sp. *Unica observata.*

I. C. *nasica* Halid. Schn. Lw. — Long. Mill. 2.

Fusca, subcinerascens, fronte et thorace ferruginei nitentibus, facie albicante, tarsis basi ferrugineis etc.

Europ. borealis, nondum in Italia inventa.

Gen. IV. Odinia *Desv.*

Alticomerus *Rndn.*

Milichia *Mgn. Schin.*

Epistomium buccula non distincta, setulosum, sed genis setas validas non praebentibus.

Alae margine antico non profunde secto: areolis duabus basalibus completis, et vena ultima postica distincta et elongata.

Femora postica manifeste latiora etc.

---

sp. *Italica unica.*

J. O. trinotata *Desv.*

trinotatus *Rndn.*

maculata? *Schin.* (non *Mgn.*)

« Tota nigricans, facie sub-albida, ultimo antennae articulo brunneo-fulvescente. — Alae limpidae, tribus liturellis nigris serie obliqua » *R. Desv.* cui adde.

Corpus cinerei aspersum; thoracis dorso (in illaesis) lineis tribus brunneis; abdomen superne maculis obscuris in tribus segmentis, plus minusve observandis. Geniculi summi rufescentes: antennae articulo ultimo superne nigricante, inferne fulvo.

Rarissima in apennino parmensi.

(*Nota*) A. *M. maculata* Meig. difert, pedibus nigris vix geniculis summis rufescentibus, non rufis nigro annullatis: anten-

nis nigris, articulo tantum ultimo inferne fulvo, non rufis articulo ultimo nigro-punctato etc.

Nemo loquitur de femoribus posticis in specimine nostro distincte crassioribus: an sp. distincta? An genus meum *Alticomerus* adoptandum?

Gen. V. SELACHOPS *Wlbrg. Zett. Schin.*

Eucoelocera *Lw.*

Frons porrecta, antennae in cavo immersae sub productionem frontalem; arista nuda sub-apicali — Oculi nudi.

Alae margine antico non profunde secto; areolis duabus basalibus completis: venula transversa exterior sat retracta versus basim, et contra apicem sita primae longitudinalis; ista duplex usque ad apicem, ramo anteriore exilissimo — Femora postica non incrassata etc.

sp. *observata.*

I. S. flavicinctus *Wlbrg. Zett. Schin.* Long. Mill. 3—3½.

Niger puberulus, scutellum postice et halteres pallide flava.

Abdomen segmentis postice linea exili sub-albida cinctis.

Alae sordide hyalinae, basi et margine antico paulo infuscatis.

Europae-borealis: nondum in Italia capta.

Gen. VI. THERINA *Mgn. Macq. Rndn. Schn.*

Frons non porrecta; antennae non retractae in cavo subfrontali: Os setulosum — Arista dorsualis, nuda.

Alae costa non secta; areolis basalibus duabus completis; vena transversa exteriore sat extra apicem sita primae longitudinalis, et margini posteriori proxima.

Femora antica distincte incrassata, postica simplicia etc.

sp. unica.

S. T. femoralis *Mgn. Macq.* etc.

Caput fulvescens, vertice nigricante — Antennae nigrae.

Thorax grisescens, dorso vittis quatuor fuscis — Abdomen

nigrum — Pedes ferruginei, femoribus anticis nigris — Alae limpidae.

Nondum in Italia capta.

Gen. VII. Cryptochoetum *n.*

Antennae articulo ultimo latissimo et ad epistomium elongato, praesertim maris maximo, subquadrato, arista in utroque sexu abortiva, indistincta — Oculi nudi — Frons puberula, non setosa.

Alae margine antico non secto; vena costali ad apicem tantum tertiae longitudinalis, non ad quartam producta: areola basali antica incompleta: vena ultima postica exilis sed distincta. Femora omnia non incrassata.

1



Cryptochoeti caput ♀

2



Antenna maris aucta

3



Alae (idem)

sp. detecta.

S. C. grandicorne *n.* Long. mil. $1\frac{1}{2}-\frac{3}{4}$.

Corpus nigro-sub-aenescens, abdomine paulo caerulescente.

Antennae nigrae, articulis duobus primis brevissimisi

Pedes nigricantes, tarsis omnibus pallide luteis.

Alae sub limpidae, paulo albicantes, venis longitudinalibus omnibus, sed praecipue tertia et quarta extrinsecus divergentibus: venula transversa intermedia paulo ante, et transversa exteriore modice extra apicem venae longitudinalis primae sitis: ultima postica sat prope marginem anguli interioris decurrente.

Raro in floribus Evonimi europei, in collibus subapenninis ditionis parmensis eum legi.

Gen. VIII. Domomyza *Rndn.*

Agromyza (prtm.) *Fall. Mgn. Zett.* etc.

Notae genericae circiter ut in *Agromyza auctorum,* excepta

brevitate venae costalis, quae in Domomyza contra apicem tertiae longitudinalis sistit, non ad apicem quartae producta.

Vide char. Agromyzae.

sp. Italicae.

A. Frons saltem antice lutea vel rufa.

B. Vena transversa intermedia magis proxima basalibus quam exteriori.

sp. 1. *frontella* n.

BB. Vena transversa intermedia magis proxima exteriori quam basalibus.

C. Tarsi nigricantes: geniculi non manifeste, vel angustissime lutescentes.

sp. 2. *obscuritarsis* n.

CC. Tarsi manifeste rufescentes; geniculi late pallidi.

D. Venae quartae segmentnm penultimum neque duplo brevius praecedente.

sp. 3. *luteitarsis* n.

DD. Venae quartae segmentum penultimum triplo fere brevius praecedente.

sp. 4. *articulata* n.

AA. Frons nigra, vel raro nigricante rufescens.

E. Vena transversa intermedia circiter aequidistans ab exteriori et a basalibus, aut saltem ab istis non duplo distans.

F. Antennae basi rufescentes.
Abdomen segmentis postice taenia albicante marginatis.

sp. 5. *cincta* Rndn.

FF. Antennae etiam basi nigrae.
Abdominis segmenta non manifeste pallide marginata.

G. Venae longitudinalis quintae segmentum ultimum sat brevius praecedente.

sp. 6. *nigripes* Mgn.

GG. Venae quintae segmentum ultimum magis vel minus longius praecedente.

sp. 7. *anthracipes* n.

EE. Venula transversa intermedia saltem duplo distans a basalibus quam ab exteriore.

H. Venae longitudinales quarta et quinta non abbreviatae sed marginem alae attingentes.

I. Pedes omnes etiam antici toti nigri.

Frons, thorax, et abdomen distincte setigera.

sp. 8. *nigrella* n.

II. Pedes antici ad basim tibiarum distincte flavescentes.

Corpus superne, vix parce et brevissime setulosum.

sp. 9. *parva* n.

HH. Venae longitudinales quarta et quinta abbreviatae, et marginem alarum non attingentes.

sp. 10. *brevinervis* n.

Observat: et diagnoses.

sp. 1. D. *frontella* n. Longit. mill. $1\frac{1}{2}$—$1\frac{3}{4}$.

Corpus nigro-nitens, frons ad apicem rufa; facies nigricans. Pedes nigricantes, geniculis et basi tarsorum praesertim anticorum luteo-flavidis, tibiis anticis aliquando dilute fuscis vel pallescentibus. Alae sublimpidae, venula transversa intermedia magis proxima basalibus quam exteriori, et contra apicem sita primae longitudinalis — Halteres albi ut in congeneribus.

In agro parmensi non rara, flores varios frequentans.

sp. 2. *D. obscuritarsis* n. Long. mill- 2.

Corpus nigrum sub-opacum, thorace paulo griseo, facie obscura, fronte exstrinsecus flavescente: antennae totae nigrae.

Pedes omnes cum tarsis etiam basi nigricantibus vel fuscopiceis, geniculis angustissime lutescentibus. — Halteres albi.

Alae sublimpidae, venula transversa intermedia distincte magis proxima exteriori quam basalibus, et paulo extra apicem sita primae longitudinalis.

Non frequens in agro parmensi.

sp. 3. D. *luteitarsis* n. Long. mill. 2.

Corpus nigrum, fronte late et facie flavidis.

Antennae nigrae, basi anguste rufescente — Halteres albi.

Alae sublimpidae, venula transversa intermedia extra apicem sita primae longitudinalis, et duplo circiter distans a basalibus quam ab exteriore, secunda longitudinalis oriens a tertia perfecte contra transversam basalem anteriorem.

Non rara in agro parmensi.

sp. 4. D. *articulata* n. Long. mill. 2 $\frac{1}{3}$.

Similis fere in omnibus praecedenti *luteitarsis*, sed distincta, non solum magnitudine manifeste majore, sed praecipue distantia venulae transversae intermediae alarum a basalibus, saltem tripla distantiae ab exteriori, non dupla tantum, et vena secunda longitudinali a tertia oriente manifeste extra transversam anticam basalem, non contra.

Rara in collibus agri parmensis.

sp. 5. D. *cincta* Rndn. Long. mill. 2 $\frac{1}{2}$ — 3.

Nigricans, opaca, paulo grisescens: antennae basi rufescente: facie obscura ut frons tota.

Abdomen segmentis postice pallide marginatis.

Pedes fusci, vel obscure picei, coxis paulo lutescentibus, et tibiis tarsisque aliquando pallide fuscis — Halteres subalbidi.

Alae sub-limpidae, venula transversa intermedia paulo magis proxima exteriori quam basalibus, et extra apicem sita primae longitudinalis: tertia et quarta a transversa exteriore ad apicem parallelis.

Non rara in Emilia et Etruria.

sp. 6. D. *nigripes* Mgn. Macq. Zett. Schin. Long. mill. 2 — 2 $\frac{1}{2}$.
ambigua Fall. et *reptans* v. Fall. (teste Zett.)

Corpus nigro-nitidum, capite toto cum antennis, pedibusque nigricantibus — Halteres albidi.

Alae limpidae, venula transversa intermedia contra apicem sita primae longitudinalis, et fere aequedistans a venulis basalibus et ab exteriore: costali contra apicem primae

longitudinalis incrassata, crassitie pallidiuscula: quintae segmentum ultimum manifeste brevius praecedente; tertia et quarta extrinsecus sat divergentibus: ultima postica exili sed distincta usque ad marginem posticum.

Frequens in Italia superiori.

sp. 7. D. *anthracipes* n. Long. mill. 2.

Tota nigra ut sp. praecedens, sed minor et angustior, et praecipue distincta, venae longitudinalis quintae segmento ultimo plus minusve longiore penultimo, et sexta seu ultima postica, ad apicem obsoleta; tertia et quarta extrinsecus vix divergentibus etc.

Non frequens in agro parmensi.

sp. 8. D. *nigrella* n. Long. mill. 2.

Iterum similis *nigripedi*, et etiam *anthracipedi*, sed facile distinguenda, praesertim venula transversa intermedia duplo distante a basalibus, quam ab exteriore: quintae longitudinalis segmento ultimo sub-aequale praecedente; tertia et quarta extrinsecus distincte divergentibus etc.

Rara in agro parmensi.

sp. 9. D. *parva* n. Long. mill. $1-1\frac{1}{2}$.

Atra nitens, similis tribus praecedentibus, sed distincta ab una vel alia vel omnibus, geniculis flavicantibus, et pedum anticorum tibiis in latere exteriore plus minus lutescentibus, et prae caeteris alarum basi et margine anteriore fuscis: statura quoque omnibus minor.

Venula transversa exterior vix magis proxima iutermediae, quam ista basalibus etc.

Rara in Emilia.

sp. 10. D. *brevinervis* n. Longit. mill. $1\frac{1}{4}$.

Nigra sub-opaca, statura praecedentis, sed tibiis etiam anticis totis nigricantibus etc. sed ab hac et ab aliis statim dignoscenda, venis tertia et quarta abbreviatis seu margini alarum non productis.

Rara in agro parmensi.

Gen. IX. Agromyza *Fall. Mgn. Macq. Zett. etc.*

Os pilosulum vel setulosum — Frons non porrecta — Antennae in fronte liberae. Alae margine antico non secto: vena prima longitudinalis basi duplex, ante costalem in apice simplex: costalis ultra apicem alae usque ad apicem quartae longitudinalis producta: transversa exterior magis proxima intermediae quam margini postico alarum: areolae duae basales completae.

Pedes omnes simplices.

Species observatae.

A. Halteres nigricantes vel fusci.

B. Palpi non distincte producti nec incurvi.

C. Venula transversa intermedia circiter aequidistans ab exteriori et a basalibus.

sp. 1. *aeneiventris* Fall.

CC. Venula transversa intermedia manifeste magis proxima exteriori quam basalibus.

D. Vena costalis crassitie stigmatica nigra, non pallida.

E. Abdomen subcaerulescente nigricans.

sp. 2. *cirsi* n.

EE. Abdomen atrum nitidum, non subcaerulescens.

sp. 3. *pulicaria* Mgn.

DD. Vena costalis crassitie stigmatica pallida.

F. Venae quintae longitudinalis segmentum ultimum, distincte brevius praecedente.

sp. 4. *pinguis* Fall.

FF. Venae quintae segmentum ultimum plus minusve longius praecedente.

sp. 5. *maura* Mgn.

BB. Palpi distincte producti et paulo incurvi.

sp. 6. *curvipalpis* Zett.

AA. Halteres albicantes, vel pallide lutei.

G. Frons tota nigricans vel fusca.

H. Venae quintae segmentum ultimum manifeste longius praecedente.

I. Venula transversa intermedia sat magis distans ab exteriori quam a basalibus.

sp. 7. *luctuosa* Mgn.

II. Venula transversa intermedia nisi magis proxima exteriori, aequidistans ab hac et a basalibus.

K. Venae quintae segmentum ultimum triplo saltem longius praecedente.

sp. 8. *gyrans* Mgn.

KK. Venae quintae segmentum ultimum vix, aut non duplo longius praecedente.

sp. 9. *incisa* Mgn.

HH. Venae quintae segmentum ultimum brevius praecedente.

L. Venula transversa intermedia aequidistans a basalibus et ab exteriori, nisi istae magis proxima, et contra non ante apicem sita primae longitudinalis.

sp. 10. *mobilis* Mgn.

LL. Venulae transversa intermedia magis proxima basalibus quam exteriori, et paulo ante apicem sita primae longitudinalis.

sp. 11. *reptans* Fall.

GG. Frons saltem partim flavescens vel rufescens.

M. Venae quintae longitudinalis segmentum ultimum manifeste sat brevius praecedente.

N. Corpus nigricante grisescens.

sp. 12. *abiens* Zett.

NN. Corpus rufo-flavescens.

sp. 13. *lateritia* n.

MM. Venae quintae segmentum ultimum, sub-aequale nisi distincte longius praecedente.

O. Corpus rufo-lutescens.

sp. 14. *fulvella* n.

OO. Corpus, nisi totum, late nigricans.
P. Scutellum totum nigrum.
Q. Abdomen postice rufescens.

sp. 15. *analis* n.

QQ. Abdomen totum nigricans.
R. Frons superne apophisi, seu corniculo instructa.

sp. 16. *fronticornis* n.

RR. Frons corniculo nullo.

sp. 17. *leucocephala* Mgn.

PP. Scutellum saltem in medio pallide lutescens vel albicans.
S. Antennae saltem articulo ultimo nigro.

sp. 18. *cicerina* Rndn.

SS. Antennae etiam articulo ultimo toto aut latissime rufo vel luteo.
T. Pedes fere toti nigri vel nigricantes.
U. Abdomen lateribus non rufo-tinctis.

sp. 19. *orbona* Mgn.

UU. Abdomen lateribus saltem basalibus rufo-maculatis.

sp. 20. *puella* Mgn.

TT. Pedes toti, vel maxima parte flavidi.
V. Pedes flavidi, femoribus in medio nigricantibus.

sp. 21. *lacertella* n.

VV. Pedes toti flavescentes.

sp. 22. *pusio* Mgn.

Observ. et Diagn.

sp. 1. A. *aeneiventris* Fall. Rndn. Zett. (exclus. sinon. Mgn.) Schin. *aenea* Mgn. Macq. Long. mill. $2 - 2\frac{1}{2}$.

Corpus nigro-nitens, abdomine sub-aeneo; capite, antennis et pedibus nigris, istis aliquando paulo piceis: Halteres nigricantes.

Alae limpidae, vena costali incrassata contra apicem primae longitudinalis, ista costalem attingente contra transversam

intermediam, ista fere aequidistante ab exteriori et a basalibus: tertia et quarta longitudinalibus extrinsecus sat divergentibus: sexta seu ultima postica integra et distincta.

Non frequens in montuosis alpinis et apenninis.

Larva in caule Cardui nutantis vivit, a me observata.

sp. 2. A. *cirsii* m.

pulicaria Zett. Schin. (non Mgn.) Long. mill. 2.

Similis *aeneiventri* Fall. a qua vero sat distincta, praesertim distantia venulae transversae intermediae a basalibus circiter dupla distantia ab exteriore, et paulo extra apicem primae longitudinalis; et etiam abdomine paulo caeruleo non aenescente; qua nota etiam distincta a *pulicaria* Meigenii, et ab *M. atrum,* a qua difert etiam fronte triangulo nitido verticali, non M. laevi notata, praeterea vena costalis incrassata, etiam contra apicem primae longitudinalis nigra: quintae segmentum ultimum distincte brevius praecedente etc.

Larva in caule Cirsii arvensis detecta: Pupa sub-albida, elongato-elliptica, non laevigata, incisuris segmentorum parum distinctis, uno apici bituberculata tuberculis distantibus, brevissimis: apici opposito aculeis duobus parvis approximatis, illis et istis nigricantibus.

Non frequens in collibus agri parmensis.

sp. 3. A. *pulicaria* Mgn. (non Zett. nec Schin.) Long. mill. 1 $\frac{1}{2}$.

Similis fere in omnibus praecedenti *A. cirsii,* sed circiter duplo minor, et statim distinguenda abdomine atro nitido, non caerulescente.

Non rara in Emilia.

sp. 4. A. *pinguis* Fall. Zett. Schin.

pulicaria Macq. (non Mgn.) Long. mill. 1$\frac{1}{2}$ — 1 $\frac{3}{4}$.

Similis *pulicariae* Mgn. sed. major, et distincta praesertim crassitie costali et venis longitudinalibus partim pallidis.

Frequens in agro parmensi et in Etruria.

sp. 5. A. *Maura* Mgn. Zett. Schin. Long. mill. 1$\frac{1}{2}$.

Similis *pingui* Fall. etiam crassitie costali pallida, sed prae-

cipue distinguenda, venae quintae longitudinalis segmento ultimo aeque longo, non distincte breviore penultimo.

Rara in agro parmensi.

sp. 6. A. *curvipalpis* Zett. Schin. Long. mill. 1.

Similis praecedentibus sed omnibus sat minor, et distinctissima, saltem palpis manifeste productis et paulo incurvis.

Abdomen laeviter sub coerulescens. Alae vena costali tota nigra: venula transversa intermedia fere triplo distante a basalibus quam ab exteriore etc.

Rara in collibus agri parmensi.

sp. 7. A. *luctuosa* Mgn. Mcqr. Zett. Long. Mill. 1 — 1 $\frac{1}{4}$.

Nigra nitida, halteribus albicantibus, geniculis et macula parva subalari pallidis, nec non suturis segmentorum abdominis angustissime albidis.

Alae venula transversa intermedia magis distans ab exteriore quam a basalibus, et paulo ante apicem sita primae longitudinalis: quintae segmentum ultimum longius penultimo.

Abdomen ad basim, lateribus aliquando lutescentibus.

Non infrequens in agro parmensi.

sp. 8. A. *gyrans* Fall. Mgn. Mcqr. Zett. etc. Long. mill. 1 $\frac{1}{8}$.

Nigricans sub-opaca, puncto sub-alari et halteribus albidis.

Pedes nigricantes, vel fusci.

Alae costa non manifeste incrassata: venula transversa intermedia circiter aequidistans a basalibus et ab exteriore, et sat ante apicem sita primae longitudinalis: transversa exterior sic retracta versus basim ut circiter contra apicem primae longitudinalis posita sit: quintae longitudinalis segmentum ultimum saltem triplo longius praecedente: tertia et quarta extrinsecus sub parallelae

Rara in agro parmensis. Long. mill.

sp. 9. A. *incisa* Mgn. Long. mill. 1 $\frac{1}{2}$.

Nigra sub-nitida, incisuris abdominis angustissime et halteribus albidis — Pedes femoribus nigricantibus, apice et tibiis pallide testaceis.

Alae vena costali paulo crassa; tertia et quarta longitudi-

nalibus extra sub-parallelis: quintae segmentum ultimum vix aut non duplo longius praecedente: venula transversa intermedia sub-aeque distans a basalibus et exteriore, ista parum extra apicem sita primae longitudinalis.

Rara in montuosis Emiliae.

sp. 10. A. *mobilis* Mgn. Macq. Schin Bè. Long. mill.....?

Nigra nitens, abdomine nitidissimo; halteres albi: pedes nigricantes, tarsis pallidis aut saltem manifeste dilutioribus.

Alae sub-limpidae, venis fere decoloribus, costali crassiuscula et contra apicem primae pallida: venula transversa intermedia contra apicem sita primae longitudinalis, et fere aequidistans ab exteriore et a basalibus, nisi primae magis proxima: venae quintae longitudinalis segmentum ultimum sat brevius praecedente.

Non infrequens in Italia superiore.

sp. 11. A. *reptans* Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Long mill. 2 — 2 ¼.

Nigricans, halteribus albidis, tibiis tarsisque testaceo-luteis, femoribus fusco-nigricantibus.

Alae circiter ut in praecedente A. *mobili*, sed diversae venula transversa intermedia manifeste magis proxima basalibus quam exteriori.

Frequenter legitur in Italia boreali et media.

sp. 12. *A. abiens* Zett.

reptans (prtm.) Fall. Long. mill. 2 ½.

Nigricans, fronte fulvescente, antennis saltem basi rufis. Pedes luteo-pallidi, femoribus obscure fuscis. Halteres albidi.

Alae sublimpidae, venis pallidis: tertia et quarta longitudinalibus extrinsecus paulo divergentibus; quintae segmento ultimo sat breviore praecedente: venula transversa intermedia vix magis proxima basalibus quam exteriori, et fere contra apicem sita primae longitudinalis.

Non rara in Emilia.

sp. 13. *A. lateritia* n. Long. mill. 2 ¼.

Corpus totum cum antennis et pedibus luteo-testaceum; pedibus paulo dilutioribus — Halteres capitulo albicante.

Similis *flavae* Meig. sed distincta, praesertim macula lata antica frontis fusco-ferruginea distinctissima; epistomio hirtulo sed setis distinctioribus mistacinis destituto: tarsis totis etiam apici lutescentibus, non unguibus nigris: venis longitudinalibus tertia et quarta extrinsecus manifeste divergentibus, non exacte parallelis; praeterea, statura major. Alae basi paulo flavescente; venis ut in abiente, sed venula transversa exteriore fere aequidistante ab intermedia et a margine postico alarum.

Rara in montuosis alpinis.

sp. 14. *A. fulvella* n. Long. mill. $1\frac{1}{2}$.

Corpus flavescens, metathorace, puncto ocellari, et abdominis apice nigris; tarsis et tibiis praesertim posticis paulo fuscis: halteribus sub-albidis: thoracis dorso obscure bivittato punctisque aliquibus lateralibus fuscis.

Alae sub-limpidae basi dilute flavescente: venula transversa intermedia fere contra apicem sita primae longitudinalis, et sub aeque distans a basalibus et exteriore, ista parum extra apicem primae lougitudinalis posita: quintae segmentum ultimum bilongius et ultra penultimo.

Similis habitu et colore *A. luteae* Mgn., sed distincta, abdominis apice nigro; tibiis ut tarsis praesertim posticis fuscis, et praecipue venis alarum ut in fig. 35 Meigenii, non ut fig. 33.

Nondum in Italia capta: exemplar meum germanicum, olim a cl. De Roser missum, nomine *lutea* Mgn.; distinctum.

Sp. 15. A. *analis* n. Long. mill. $1\frac{1}{4}$.

Nigricans, capite, antennis, pedibus, pleuris, et addominis segmentis ultimis flavescentibus, isto tamen apice nigro.

Alarum venula transversa intermedia sub aeque distans ab exteriore et a basalibus, et fere contra apicem sita primae longitudinalis; quintae segmentum ultimum sat longius praecedente. Halteres sub-albidi.

Una vice tantum lecta in colle agri parmensis.

Sp. 16. A. *fronticornis* n. Long. mill. 1 ¾.

Nigra subnitida, capite, antennarum basi, geniculis halteribusque pallide flavis — Frons puncto ocellari et corniculo sub-intermedio nigris.

Alae vena costali crassiuscula; venula transversa intermedia vix magis proxima exteriori quam basalibus, et contra apicem sita primae longitudinalis: quintae segmentum ultimum subaequale praecedenti.

Non infrequens in agro parmensis.

Sp. 17. A. *leucocephala* Mgn. Long. mill. 1–1 ¼.

Similis fere in omnibus *A. fronticorni*, sed minor, antennis nigris etiam basi, corniculo frontali nullo, capite albidiore etc.

Rara in agro parmensi.

Sp. 18. A. *cicerina* Rndn. Long. mill. 1. — (Gen. *Phytomyza* olim).

Nigra, capite flavescente; antennae nigrae, basi anguste flavida aliquando parum distincte: puncto ocellari nigro.

Thoracis latera tota vel latissime pallide flavescentia, punctis aliquibus nigris. Scutellum in medio pallide flavum vel albidum.

Abdomen nigrum, segmentis postice albidi marginatis, apicali late, praecedentibus exilissime.

Pedes nigricantes, femoribus non raro pallide glaucis vel fuscoglaucis — Halteres albicantes.

Alae limpidae, venulis transversis prope basim alarum retractis, exteriore fere contra apicem sita primae longitudinalis: quintae segmentum ultimum saltem triplo longius praecedente.

Larva minatrix foliorum Ciceri arietini cui saepe valde nocens.... Frequens sed difficile capienda, in agro parmensi eam inveni.

Sp. 19. A. *orbona* Mgn., Macq., Zett. Long. mill. 1 ½.

Nigra nitida, capite, antennis, vitta laterali thoracis, et genubus flavidis — Scutellum in medio late, et halteribus

albidis. Frons puncto ocellari nigro. — Antennae superne anguste nigro-marginatae.

Alae limpidae, venula transversa exteriore fere sic distans ab intermedia ut ista a basalibus; longitudinalis prima costali conjuncta ultra transversam intermediam et ante exteriorem; quintae segmentum ultimum bilongius aut saltem non trilongius praecedente.

Abdomen nigro nitens, segmento ultimo saltem in foemina postice albo-cincto.

Non raro in Emilia.

Sp. 20. A. *puella* Mgn. Long. mill. 1 $\frac{1}{4}$,

Similis A *orbona* Mgn., capite, antennis, lateribus thoracis et genubus flavidis; scutello quoque in medio et halteribus subalbidis; sed distincta, ventre et lateribus abdominis flavicantibus, et segmentis omnibus abdominis linea postica exili marginali subalbida cinctis; et tarsis omnibus fusco-lutescentibus non nigris.

Alarum venae circiter ut in *orbona*, sed transversa intermedia propius exteriori, et minus ante apicem sita primae longitudinalis,

Puncto ocellari, et limbo supero antennarum nigricantibus, similis *orbonae*.

Rara in agro parmensi.

Sp. 21. A. *lacertella*. n. Long. mill. 1 $\frac{1}{4}$.

Similis duabus praecedentibus, sed statim distinguenda pedibus late flavidis et femoribus tantum in medio nigricantibus, nec non articulo ultimo antennarum pallide rufescente, non superne nigro-marginato.

Ab *orbona* quoque difert abdominis lateribus saltem ad basim rufo-maculatis.

Alae ut in *puella*, sed abdominis lateribus saltem ad basim rufo-maculatis.

Sp. 22. A. *pusio* Mgn. Long. mill. $\frac{3}{4}$-1.

Similis *lacertellae* sed minor; abdomine ad latera non rufo-

maculato, segmentis postice linea albida marginatis, et praecipue pedibus totis cum femoribus flavidis.

Alae ut in praecedente venosae, et antennae omnino flavorufescentes non nigro-marginatae etc.

Non frequens in agro parmensi.

Gen. X. ANTHOPHILINA *Zett.*

A n t h o m y z a (prtm.) *Fall.*

L e p t o m y z a *Macq.*

A g r o m y z a *Mgn.* (prt.) O p o m y z a *Mgn.* (prtm.).

Alae angustae sat longiores abdomine: vena prima duplice a basi ad medium et ultra, brevi, et vix ad quartam vel quintam partem costae producta: vena costali usque ad apicem venae quartae longitudinalis in margine decurrente: tertia et quarta parallelis usque ad apicem; sexta abrupte abbreviata.

Venula transversa exterior magis distans ab intermedia quam a margine posteriori alarum.

Areolae basales ambae completae.

Species observatae.

A. Pedes saltem partim nigricantes.

B. Pedes omnes et toti nigro-fusci.

Sp. 1. *cinerella* Hald.

BB. Pedes partim tantum nigricantes.

C. Pedes lutescentes femoribus omnibus fusco-griseis.

Sp. 2. *grisea* Fall.

CC. Pedes quatuor posteriores toti vel fere toti flavidi, anticis late nigris.

D. Tibiae ut tarsi pedum anticorum nigrae, femoribus propriis basi anguste flavidis.

Sp. 3. *frontalis* Fall.

DD. Tibiae anticae nigrae basi anguste flavicantes, tarsis propriis

Sp. basi nigris apici flavidis: femora quatuor posteriora apici anguste nigricantia.

Sp. 4. *armillaris* n.

AA. Pedes toti et omnes flavescentes.

E. Corpus nigrum vel nitens, vel opacum subgrisescens.

F. Corpus nigro-nitens; abdomen basi paulo rufescente.

Sp. 5. *flavipes* Stgr.

FF. Corpus nigricans sub-grisescens; abdomen basi non manifeste rufescens.

Sp. 6. *gracilis* Zett.

EE. Corpus totum luteo-testaceum.

Sp. 7. *pallida* Zett.

Observ. et Diagn.

Sp. 1. A. *cinerella* Halid. Long. mill. $1\frac{3}{4}$.

Ab omnibus congeneribus faciliter dignoscenda, pedibus totis nigricantibus: praeterea, corpus fusco-grisescens, fronte antice late flavida, et antennis inferne rufescentibus. Halteres albi.

Olim exemplar in Hybernia captum a Cl. amico Haliday acceptum.

Sp. 2, *Grisea* Fall. Mgn. Macq. Zett.

Fusca, canescens, puberula, caput inferne albicans, fronte antice late rufescente: antennae flavae. — Halteres albi.

Pedes fulvescentes, femoribus omnibus late fuscis.

Alae limpidae, venula transversa intermedia fere contra apicem sita primae longitudinalis: vena costali pallida etc.

Exemplar unicum possideo in provincia neapolitana a Prof. A. Costa. lectum, et missum.

Sp. 3. A. *frontalis* Fall. Mgn. Macq. Long. mill. 2.

Fusca, griseo-cinerascens; Caput fere ut in praecedente specie, antennis pari modo fulvis, et halteribus albis; sed pedum colore distinctissima, nam quatuor posteriores toti

pallide testacei, et antici toti nigricantes, trochanteribus tantum et coxis partim fulvis.

Alae hyalinae, margine anteriore minus limpido, vena costali nigricante, et transversa intermedia sat extra apicem sita primae longitudinalis, etc.

Rarissimo lecta in collibus agri parmensis.

Sp. 4 A. *armillaris* n. Long. mill. 1 $\frac{1}{3}$.

Nigra nitida, abdomine basi paulo rufescente subtranslucida — Frons nigricans margine antico anguste rufescente. — Antennae subflavae; facies lutescens — Halteres sub-albidi.

Pedes dilute rufescentes, anticis tantum late nigris, scilicet tibiis totis, metatarsis, et annulo angusto sub-apicali femorum nigris.

Alae sub-limpidae, vena costali pallida, transversis ut in *frontali*.

Semel mihi orta a boletis putrescentibus in colle parmensi lectis.

Sp. 5. A. *flavipes* Staegr. Zett. Long. mill. 1 $\frac{1}{3}$.

Nigra nitida, abdominis basi paulo rufo-picea: fronte antice, antennis, pedibusque totis flavidis.

Caput inferne luteo-flavescens.

Alae sub hyalinae. — Venter pallidus — tarsi toti etiam apice lutei. Caetera ut in diagnosi Zettrst. VII. pag. 2696.

Europae borealis, a Cl. Staegr missa; nondum apud nos inventa.

Sp. 6. A. *gracilis* Zett. Long. mill. 2.

Fusca, griseo-cinerascens, antennis, et fronte antice late flavescentibus: pedibus pallide luteis, tarsis tantum apice fuscis.

Caput inferne albicans — Halteres pallide lutescentes.

Alae sublimpidae, venula transversa intermedia manifeste extra apicem sita primae lougitudinalis, et magis proxima basalibus, quam exteriori etc.

Non frequenter legitur in Emilia.

Sp. 7. A *pallida* Zett. Long. mill. $1\frac{3}{4}$ – 2.

Tota flavo-rufescens, pedibus pallidioribus.

Frons puncto fusco ocellari.

Abdomen, saltem maris, dorso plus minusve infuscato etc.

V. Diagn. Zett. VII, pag. 2702.

Europae borealis, a Cl. Staeger missa, nondum apud nos lecta.

GENERUM ET SPECIERUM

INDEX

Dal Bullettino Entomologico, Anno VII 1875

Firenze, Tip. Cenniniana nelle Murate.

SPECIES ITALICAE

ORDINIS DIPTERORUM

(MUSCARIA *Rndn.*)

COLLECTAE ET OBSERVATAE

A

Prof. CAMILLO RONDANI

Stirps XXIV. *CHYLIZINAE* Rndn.

Stirpis charact. praecipui.

Antennae triarticulatae; *arista* dorsuali, superne et inferne pubescente aut villosula.

Epistomium setis et pilis destitutum.

Proboscis distincta, brevis, crassiuscula, non neque ad basim, superne a *palpis* tecta.

Alarum venae longitudinales sex; transversae quatuor, duabus discoidalibus, duabus basalibus: prima longitudinale simplice etiam ad basim: secunda non setulosa: areolae axillares duae distinctissimae.

Calyptra parva vel subnulla.

Pedes tibiis anticis et posticis, seta nulla erecta sub-apicali extrinsecus praeditis: tarsis posticis non, neque ad basim, manifeste incrassatis.

Stirpis genera observata.

A. Areolae duae axillares longitudinae aequales vel sub-aequales: vena quarta longitudinalis extrinsècus incurvata.

B. Antennae distincte breviores capite.

C. Femora postica, praesertim in maribus incrassata et incurva.

G. I. PACHYLOMERA *Rndn.* (1856).

sp. typ. SCATOPHAGA LEFEBVREI *Zett.* (*).

CC. Femora postica in utroque sexu nec manifeste incrassata nec incurva.

G. II. PSILA *Mgn.*

sp. typ. P. ROSAE *Mgn.*

BB. Antennae manifeste longiores capite.

D. Antennarum articulus tertius longissimus, duo basales satis breves.

G. III. LOXOCERA *Fall.*

sp. typ. L. DISTINCTA *Zett.*

DD. Antennarum articuli elongati; tertius longior secundo; secundus longior primo.

G. IV. PLATHYSTILA *Macq.*

sp. typ. LOXOCERA HOFFMANSEGGII *Mgn.*

AA. Areola axillaris anterior plus minusve sed manifeste longior posteriore.

Vena quarta longitudinalis extrinsecus recta.

E. Arista densissimis pilis sub-plumata.

G. V. MEGACHETUM *Rndn.* 1856.

sp. typ. MUSCA EXTENUATA *Rossi.*

= CHYLIYZA ATRISETA *Mgn*

EE. Arista pilis brevibus, non crebris, villosula.

G. VI. CHYLIZA *Fall.*

sp. typ. C. VITTATA *Mgn.*

G. I. PACHYLOMERA *Rndn.*

Scatophaga (prt.) *Fall. Zett.*

Psilosoma *Zett. Schin.*

Antennae satis breves; arista puberula.

Facies inclinata, *ipostomio* descendente distincte snb *oculos* parvos.

(*) Species generis hujus nondum in Italia captae.

Alarum areolae duae axillares aeque longae: vena quarta longitudinalis in parte exteriore paulo incurva.

Femora postica, saltem maris, manifeste incurvata et incrassata ec.

Species observatae.

A. *Thoracis* dorsum vittis tribus nigricantibus signatum.
Femora posteriora apice infuscato.
sp. 1. *Audouinii Zett.*

AA. *Thorax* ut corpus totum testaceo-fulvus.
sp. 2. *Lefebvrei* Zett.

NOTA. — Unius et alterius speciei exemplaria aliqua possideo, dono Clar. Staegeri, in Scandinavia lecta.

G. II. PSILA *Mgn., Macq., Rndn., Schin.*

Scatophaga *Fall. Zett.*

Psilomyia *Latr. Mcqrt.*

Oblicia *Desv.*

Musca *Lin., Scop., Pnz., Schr.*

Antennae, breviter, vel longe sub-ovatae, vel sub-conicae; *arista* pubescente.

Frons porrecta, facies inclinata.

Alae circiter ut in genere praecedente.

Pedes in utroque sexu aequales, femoribus maris nec incurvis nec incrassatis etc.

Sp. italicae observatae.

a. *Thorax* testaceus vel rufescens, saltem late ad pleuras.
b. *Thorax* totus rufescens, neque dorso fusco-vittatus.
c. *Abdomen* et *Antennae* omnino rufescentia.
sp. 1. P. *fimetaria* Lin.

cc. *Abdomen* nigrum, lateribus rufo-maculatis.
sp. 2. P. *Bertolinii* Mihi.

bb. *Thorax* pleuris late rufescentibus, alibi niger.
sp. 3. P. *pectoralis* Mgn.

aa. *Thorax* niger vel nigricans; ad summum puncto humerale testaceo.

d. *Antennae* basi rufae, articulo tertio saltem apice nigro.

e. *Antennae* articulo tertio apici tantum nigricante.

sp. 4. P. *rosae* Fab.

ee. *Antennae* articulo tertio toto nigro.

sp. 5. P. *nigricornis* Zett.

dd. *Antennae* totae, etiam basi nigrae.

f. *Caput* totum rufescens — *Pedes* omnino flavescentes.

sp. 6. P. *gracilis* Mgn.

ff. *Caput* saltem partim, nisi totum nigrum.
Pedes partim nigricantes.

g. *Caput* genis late fulvescentibus, fronte etiam partim rufa.

sp. 7. P. *sardoa* Mihi.

gg. *Caput* totum nigrum.

sp. 8. P. *nigra* Fall.

---

sp. 1. P. *fimetaria* Lin. Fab. Fall. Mgn. Zett. Wlk. Schin.
rufa Scop. — *flava* Pnz. — *testacea* Desv.

Testaceo-fulvescens, pedibus pallidioribus; puncto ocellari nigro.

Alae dilute lutescentes; venae quartae longitudinalis segmentum ultimum manifeste incurvum.

Arista antennarum fusco-pubescens, basi nigra.

Oculi perpendiculariter sub-ovati etc.

Specierum congenerum maxima.

In Italia boreali, et frequentior in montuosis alpinis et apenninis, sed in aliis plagis nostris raro invenitur.

---

sp. 2. P. *Bertolini* Mihi.

Similis T. *abdominali* Schml., a qua tamen distincta.

Abdomine non toto nigro, sed lateribus in utroque sexu, magis vel minus late sed semper distincte rufo-maculatis: Praeterea *Thorax* superne rufus sed subtus flavo-luteus, et lateribus vitta longitudinali obscura plus minusve perspicua signatis.

Antennae fulvescentes apice late fusco obscuro, et limbo supero nigricante.

Pedes toti flavo-lutescentes, tarsis non manifeste infuscatis etc.

In agro tridentino raro lectus uterque sexus a Cl. De Bertolini.

---

sp. 3. P. *pectoralis* Mgn. Zett. Schin.
rufa (prtm.) Fall.

Corpus nigro-nitidum, *pleuris* et *capite* flavescentibus, istius vertice nigro.

Antennae luteae, apice articuli ultimi nigricante.

Pedes pallide lutei — *Alae* sub-limpidae.

Unicum exemplar speciei possideo incertae originis, sed probabiliter alpinum.

---

sp. 3. P. *rosae* Fab. Fal. Mgn. Macq. Zett. Wlk. Schin.

Corpus nigrum nitidum, sub-puberulum, *capite, pedibusque* flavescentibus; *frontis* puncto ocellari nigro.

Antennae flavidae, apice articuli tertii obscure fusco.

A. P. *pectoralis* praecipue distincta, thorace toto, etiam ad pleuras nigro-nitido.

Rarissimo lecta in Italia superiore.

---

sp. 5. P. *nigricornis* Mgn. Zett. Schin.
rosae (prtm.) Fall.

Nigra nitens sub-puberula, *capite* pedibusque flavidis.

Antennae articulo ultimo toto nigro, basalibus flavescentibus.

a. P. *rosae* praecipue distincta, articulo tertio antennarum omnino, non apice tantum nigro.

Non rara in Italia superiore et media

---

sp. 6. P. *gracilis* Mgn. Zett. Macq. Schin.

Nigra nitida, *capite* rufescente, fronte et occipite nigris.

Antennae fere totae nigrae, radice tantum lutescente.

Pedes luteo-flavidi, femoribus aliquando superne fusco-strigatis, tarsis fuscis.

Alae sub-hyalinae, venis non fusco-limbatis.

Frequenter legitur in Italia, praesertim superiore.

---

sp. 7. P. *sardoa* Mihi.

Altra nitida albidi sub-puberula.

Antennae totae, etiam ad radicem, nigrae.

Caput nigrum, genis flavo-rufescentibus, et frontis lateribus antice rufo-tinctis.

Pedes lutescentes paulo et varie subfusci, femoribus anticis semper et manifeste nigricantibus: metatarsis omnibus pallidis.

Alae sub-limpidae, vena costali crassiuscula ab apice primae longitudinalis incipiendo, versus apicem sensim exiliore etc.

Similis P. *atrimanae* Mgn. a qua tamen distinguenda: *pedibus* anticis non totis nigris,, et posterioribus non ut in diagnosi Maigeniana pictis; et praecipue *epistomio* non toto rufescente sed in medio late sub-antennas nigro etc.

Exemplaria non nulla possideo in sardinia capta.

---

sp. 8. P. *nigra* Fall. Mgn. Mcqrt. Zett. Schin.

Atra nitida, *capite* concolore.

Pedes femoribus nigris, geniculis, tibiis, tarsisque pallide flavis.

Alae limpidae, immaculatae etc.

Non frequens in Italia superiore: raro Parmae lecta in collibus sub-apenninis.

G. III. Loxocera *Mgn. Fall. Macq. Zett. Rndn. Schin.*

Syrphus et Mulio *Fab.*

Nemotelus *Schr.* — Musca *Lin. Pnz.*

Antennae multo longiores capite, articulo ultimo longissimo, lineare, duobus primis satis brevibus, radicali brevissimo.

Arista dorsualis puberula, brevior aut non longior articulo ultimo antennarum.

Alae areolis duabus axillaribus aeque longis: venae longitudinalis quartae segmentum ultimum manifeste incurvum etc.

Sp. italicae.

a. *Arista* longitudinem aequans articuli ultimi antennarum.

b. *Abdomen* dorso toto nigro etiam ad latera.

Caput totum, etiam ad genas, nigrum.

sp. 1. *elongata* Mgn.

bb. *Abdomen* lateribus et ventre, saltem ad basim rufomaculatis.

Caput nigrum, genis plus vel minus late luteis.

sp. 2. *maculata* Mihi.

aa. *Arista* brevior manifeste articulo tertio antennarum.

c. *Abdomen* lateribus totis et distincte rufis.

sp. 3. *marginata* Mihi.

cc. *Abdomen* dorso toto, etiam ad latera, nigro.

sp. 4. *ichneumonea* Lin.

---

sp. 1. L. *elongata* Mgn. Schin.

ichneumonea *Fall. Zett.* (non Lin.)

albiseta *Schr.* — aristata *Pnz.*

« Nigra, capite concolore; *Thoracis*, postico, scutello, pleurisque rufis; lineis ante scutellum duabus abbreviatis, nigris. *Alae* fusco-hyalinae, nervo transverso ordinario fuscedine cincto: *Pedibus* flavo-ferrugineis, tarsis fuscis ». Zett.

Nondum in Italia inventa, sed facilius cum congeneribus in posterum invenienda.

---

sp. 2. L. *maculata* Mihi.

Similis L. *elongatae* etiam longitudine *aristae*, quae apicem articuli tertii antennarum attingit: tamen diversa et praecipue dignoscenda colore *capitis* et abdominis: nam illius genae luteo-flavidae, postice aliquando flavedine dilatata; et in isto ventris basis, et maculae laterales in segmentis primis distincte rufae, semper observantur.

Variat *fronte* in medio fusco-rufescente: *thoracis* dorso vittis nigris parum observandis; tarsis non distincte fuscis, etc.

Non infrequens in Italia superiori et media.

---

sp. 3. L. *marginata* Mihi.

Similis L. *ichneumoneae* sequenti, etiam longitudine *aristae*, quae brevior est manifeste articulo tertio antennarum: sed a congenere proxima praecipue distincta, pictura abdominis, cujus latera omnino et determinate rufa observantur, rufescentia etiam ad suturas segmentorum extensa: praeterea.

In specimine collectionis nostrae, thoracis pars antica nigra satis angusta, et postice lineas dorsuales non emittens: et alarum venae nullae fuscedine limbatae.

Unicum exemplar possideo masculum, a me lectum in Apennini parmensis collibus.

---

sp. 4. L. *ichneumonea* Lin. Fab. Mgn. Macq. Schin.
confusa Zett.

Rufo-ferruginea, *antennis* nigricantibus basi fulvescente: *arista* extrinsecus albida, pubescente, rachide sub-rufa, articuli tertii antennarum distinte breviore.

Frons in medio nigra.

Thorax antice late niger, et vittis duabus dorsualibus cum nigredine anteriore conjunctis.

Metathorax et *Abdomen* totum etiam ad latera, nigro-nitida.

Alae sub-limpidae, vena transversa exteriore, et medio longitudinalis quartae, plus minusve fusco-limbatis. etc.

Non rara in montuosis alpinis et apenninis Italiae, praesertim superioris et mediae.

G. IV. Platystila *Macq. Mgn. Rndn. Schin.*
Loxocera *Mgn. Desv.*

Notae alarum, pedum et alterae ut in Gen. *Loxocera*, sed.

Antennae diversissime instructae, nam istarum articuli tres elongati, primo duplo circiter breviore secundo, et isto vix mediam longitudinem tertii attingente: praeterea, *Arista* pubescens, longe a basi oriens articuli ultimi, et satis ultra apicem ejusdem producta etc.

Sp. unica.

P. *Hoffmanseggii Mgn. Mcqrt. Rndn. Schin.*
paradoxa *Desv.*
Nigra nitens: *arista* albida, rachide basi rufescente.
Scutellum apici subtestaceum.
Abdomen in medio late rufum.
Pedes nigricantes, geniculis, tibiis, et basi tarsorum flavo-testaceis.
Alae sub-limpidae, fascia fuscescente venam transversam exteriorem includente, a costa ad marginem posteriorem ducta.
Semel foemina in Apennino parmensi lecta.

G. V. Megachetum *Rndn.*
Chyliza *Fall. Mgn. Macq.* Schin.
Dasyna (prtm.) *Desv.* — Musca *Rossi Pnz.*
Antennae articulo tertio satis longo, antice paulo concavo, quadruplo circiter longiore duobus primis brevissimis, conjunctim.
Arista longior antennis, densissime sub-plumata.
Alae venis tertia et quarta extrinsecus rectis, parallelis: areolis axillaribus inequalibus, antica longiore etc.

Sp. unica.

M. *extenuatum* Rossi. (Musca extenuata).
atriseta *Mgn. Macq. Schin.*
fuscipennis *Desv.*
Nigra nitens, *antennis* pedibusque flavo-luteis; *arista* atro-plumosula: orbitis *oculorum* plus minusve albicantibus.
Alae sub-fuscae, praesertim ad costam et circa venas.
Pedes femoribus posticis ad apicem fusco-annulatis etc.
Frequenter legitur in tota Italia.

G. VI. Chyliza. *Fall. Mgn. Macq. Zett. Wlk. Rndn. Schin.*
Dasyna *Desv.* — Sargus *Fab.*
Musca *Pnz.*

Characteres circiter *Megacheti*, sed praecipue notis diversis antennarum duo Genera sejungenda: nam *Chylizae*.

Antennae distincte breviores, articulo tertio nec satis longo nec antice concavo, et arista breviter et parce pubescente, non pilis densissimis sub-plumata.

Sp. italicae.

a. *Thorax* totus, aut fere totus niger.

b. *Humera* non fulvo-vittata.

Alae totae decolores, vel aequaliter et dilute, subfuscescentes.

sp. 1. *scutellata* Fab.

bb. *Humera* rufo-vittata.

Alae apice, et venis aliquibus fusco-marginatis.

sp. 2. *permixta* Mihi.

aa. *Thorax* rufus, nigrovittatus aut maculatus.

sp. 3. *vittata* Mgn.

---

sp. 1. C. *scutellata* Fabr. Wlk.

leptogaster *Pnz. Fall. Zett.* (exclus. synon. *Mgn.*

Peleterii *Desv.* — obscuripennis *Lw.* (var.)

Nigra nitens, *capite* antice, *antennis, pedibus, scutellique* parte flavo-luteis: *fronte* rufescente, punctum ocellare, et vittas duas prope oculos, a vertice paulo ultra medium frontis productas, nigra, ferente: *facie* pallidiore, in foemina puncto nigro, saepe-subdiviso, intermedio notata.

Antennarum articulus secundus saepe in foemina superne fuscus.

Thorax brevissime fulvo-puberulus, totus etiam ad humera niger, scutello tantum extrinsecus rufescente.

Alae limpidae vel dilute fuscae, vix aliquando antice fusciores; non apice, nec venis distincte fusco-limbatis.

Non frequenter lecta in Italia superiori et media; minus rara in montuosis alpinis et apenninis.

---

sp. 2. C. *permixta* Mihi.

l e p t o g a s t e r *Mgn. Macq. Schin.* (exclus. syn. *Fab. Pnz. Fall. Zett.* etc.)

Similis habitu, statura, colore corporis etc. C. *scutellatae* Fabr. tamen satis distincta, praecipue.

1° *Humeris* semper, et pleuris saepe fulvo-vittatis.

2° *Vittis nigris* frontalibus distincte longioribus, usque ad marginem anteriorem productis.

3° *Alis* apice infuscato, et vena transversa exteriore cum segmento penultimo longitudinalis quartae, manifeste fusco-limbatis etc. ut in sp. praecedente, facies foeminae puncto nigro notata.

Frequens in tota Italia, et frequentior in media.

---

sp. 3. C. *vittata* Mgn. Macq. Schin..

Caput cum *antennis* flavescens, puncto ocellare et maculis occipitis latis nigricantibus, in utroque sexu, sed in foemina vittas etiam duas nigras, breves ad latera verticis proebet.

Facies in utrique sexu immaculata.

Thorax cum scutello flavo-fulvescens, in utroque sexu metathorace et fascia pleurarum, postice bifida, nigris ornatus; maris dorso antice anguste nigro maculato, raro postice nigro-bivittato: foeminae latius antice maculato et bivittato, praeter vittas duas nigras posteriores semper perspicuas.

Pictura alarum, colore pedum, abdominis etc. similis C. *parmixtae*.

Non raro legitur in tota Italia.

GENERUM ET SPECIERUM

INDEX

Dal *Bull. Entomol.*, An. VIII. 1876.

Firenze — Tip. Cenniniana.

SPECIES ITALICAE

ORDINIS DIPTERORUM (*MUSCARIA* Rnd.)

COLLECTAE ET OBSERVATAE

a Prof. **CAMILLO RONDANI**

Stirps XXV. *COPROMYZINAE* Zett.

Stirpis charact. et synon.

Copromyzinae *Zett. Stnh. Rndn.*

Sphaeroceridae *Halid. Mcqrt. Bigot.*

Borboridae *Wstw. Wlk.* — Borborinae *Schin.*

Oculi utriusque sexus in fronte distantes.

Antennae breves, triarticulatae, praeter aristam, articulo primo aliquando indistincto; tertio sub-globulare vel sub-reniforme; arista dorsuali, filiforme, sub-nuda, vel superne et inferne pubescente.

Epistomium setis mistacinis distinctioribus duabus, raro quatuor instructum: buccula saepius manifesta.

Proboscis brevis, late labiata.

Palpi breves, filiformes vel sub-clavati, non aut parum epistomium superantes.

Alae raro distincte abbreviatae, aut rudimentariae; fere semper longitudinem abdominis aequantes vel superantes: venis longitudinalibus quinque vel sex, quarum tres vel quatuor costalem attingunt: prima simplice, quamvis saepius crassiore: venis transversis in disco duabus, rarissimo unica: axillaribus nunc duabus, nunc nullis.

Calyptra minima, vel sub-nulla.

Halteres breves, in unico genere non observandi.

Pedes parce setulosi, saepe breviter, raro longe et crebre pilosi: metatarso postico breve et distincte incrassato, rarissimo forma ordinaria, et hunc scutellum maris satis elongatum et apice obtruncato nisi bilobo.

Larvae in stercore, vel fungis putrescentibus, aut cadaveribus vivunt, aut in acquis putredinosis.

Generum distributio.

A. *Alae* completae vel sub-completae adsunt.
Halteres distincti.

B. *Areolae axillares* duae et perfectae.

C. *Metatarsus* posticus non incrassato-abbreviatus.
Scutellum maris satis elongatum, et apice obtruncato nisi bilobo.

G. I. THYREOPHORA Latr.

Sp. typ. *Musca furcata* Fab.

CC. *Metatarsus* posticus distincte incrassato-abbreviatus.
Scutellum in utroque sexu brevitate et forma ordinariis.

D. *Corpus* cum pedibus, crebre et longe pilosum.

G. II. CRUMOMYIA Mcqrt.

Sp. typ. *Borborus glacialis* Mgn.

DD. *Corpus* sub-nudum — *Pedes* parce setulosi et breviter aut brevissime pilosi.

E. *Alarum* vena tertia longitudinalis recta vel sub-recta, et non valde divergens a quarta, apici fere producta.

F. *Areola axillaris* antica apice obliquo, posticae longitudinem paulo superans.

G. III. BORBORUS Mgn.

Sp. typ. *Copromyza equina* Fall.

FF. *Areola* axillaris antica apice perpendiculare, et postica paulo brevior.

G. IV. SPHÆROCERA Latr.

Sp. typ. *Musca subsultans* Lat.

EE. *Alarum* vena tertia curvatim marginem anteriorem attingens, et a quarta satis divergens.

G. V. CEROPTERA Mcqrt.

Sp. typ. *Borborus rufitarsis* Mgn.

BB. *Areolae* axillares nullae.

G. *Alae* longitudine ordinaria.

H. *Vena* secunda longitudinalis non producta ultra transversas, nisi ante sistens; tertia satis aut valde incurva.

I. *Vena transversa* exterior cubitata, et extra quintae longitudinali oblique conjuncta: tertia non valde incurva.

G. VI. GONIONEURA m.

Sp. typ. *Gonioneura bisangula* m.

II. *Vena transversa* exterior recta, et perpendicularis quintae longitudinali: tertia valde incurva.

G. VII. ELACHISOMA m.

Sp. typ. *Limosina nigerrima* Hal.

HH. *Vena secunda* longitudinalis plus minusve producta ultra transversas: tertia nisi recta, parum incurva.

K. *Vena transversa* exterior distincta, cum longitudinale quarta non confusa.

G. VIII. LIMOSINA Macq.

Sp. typ. *L. sylvatica* Fall.

KK. *Vena transversa* exterior cum longitudinale quarta confusa.

G. IX. COPROICA Rndn. (1861) (1).

Sp. typ. *Limosina acutangula* Zett.

---

(1) Heteroptera Macq. *Diptera* 1835. = Heteroptera Latr. *Haemiptera* 1817.

GG. *Alae* abdomine satis breviores.

G. X. PTEREMIS Rndn. (1856).
Sp. typ *Limosina nivalis* Hal.

AA. *Alae* sub-nullae — *Halteres* non distincti.

G. XI. APTERINA Macq.
Sp. typ. *Borborus pedestris* Mgn.

G. I. THYREOPHORA (1) *Latr. Mgn. Macq. Desv. Rndn. Schin.*
Scatophaga (prt.) *Mgn.*
Musca *Fab. Pnz.*
Char. Gen.

Corpus pilosum. — *Oculi* parvi.

Frons porrecta, et facie retro satis inclinata.

Antennae breves, sub productionem frontis insertae: articulo ultimo lenticulare: arista dorsuale, sub-nuda.

Epistomium buccula non instructum, vibrissis majoribus duabus vel quatuor armatum.

Scutellum in mare distincte elongatum, apice obtruncato, vel subfurcato, et setigero.

Alae completae, venis longitudinalibus perfectis sex; prima crassiore, duabus simul confusis instructa: ultima postica ad marginem producta: venulis duabus transversis in disco, et duabus interioribus areolas axillares completas extrinsecus claudentibus.

Pedes longe pilosi, metatarso postico non manifeste incrassato-abbreviato etc.

Sp. Europae.

A. *Corpus* obscure caeruleum.
Alae venis transversis fusco-limbatis.

Sp. 1. *cynophila* Pnz.

---

(1) Stirpium ordinationem reformando, Genus istud forte melius in Scatophaginis locandum.

AA. *Corpus* fusco-griseum.

Alae venis transversis haud fusco-limbatis.

Sp. 2. *furcata* Fab.

Diagn. et Synon.

Sp. 1. *T. cynophila* Pnz. Latr. Fab. Mgn. Schn.

Fusco-coerulea, capite rufo-aurantiaco, fronte postice nigro-bipunctata, breviter setulosa.

Antennae nigrae, articulis primis et basi aristae rufescentibus.

Epistomium vibrissis duabus majoribus praeditum.

Alae sub-limpidae, venis transversis fusco-marginatis.

Scutellum maris satis elongatum, apice obtruncato et bisetoso: foeminae forma ordinaria.

Pedes nigri, sub-coerulescentes; tarsorum anticorum articulis basi rufescentibus, postici elongati: femoribus crassis, tibiisque propriis, in mare, intus tuberculatis, metatarsis forma ordinaria.

Spec. huc usque in Italia non inventa.

Sp. 2. *T. furcata* Fab. Latr. Mgn. Macq. Schin.

♂ Fusco-griseus, fronte, scutello et pedibus fusco-testaceis.

Epistomium vibrissis quatuor instructum.

Frons setis duabus ocellaribus, longis, antice flexis praedita.

Scutellum elongatum, apice su-bifido et setis quatuor instructum, duabus apicalibus, duabus lateralibus.

Alae sub-limpidae, venis transversis haud fusco-cinctis.

Pedes tibiis posticis intus non tuberculatus, femoribusque non incrassatis: tibiis intermediis uncis duobus validis ad apicem instructis: metatarsis posticis paulo incurvis. — Faeminam non vidi.

Specimen collectionis meae gallicum, inde facilius etiam in Pedemontio species invenienda.

Sp. *T. anthropophaga* R. Desv. Macq.

A solo Desvoidio observata, inde mihi et aliis ignota.

G. II. Crumomyia *Macq.*

Borborus *Mgn. Schin.*

Characteres praecipuos praebet gen. Borbori *Mgn*, sed statim distinguendum illud Crumomyiae, corpore cum pedibus longe villoso non sub-nudo: pedibus non parce setulosis nec breviter pilosulis.

Aliae notae sunt: arista filiformis, longa, sub-nuda.

Alarum areolae axillares duae integrae: venae longitudinales quatuor anteriores completae: quinta ad transversam exteriorem sistens, proxime margini posteriori. — Pedes tibiis posticis unco apicale praeditis, metatarsis propriis incrassato-abbreviatis.

Sp. unica.

Sp. *C. glacialis* Mgn. Macq.

Corpus exile, cum pedibus pilis hirtum.

Nigro-nitens, capite opaco: halteres fusci.

Pedes postici longiusculi, non incrassati.

Alae paulo fuscescentes.

In plagis glacialibus alpinis inventa.

G. III. Borborus *Mgn. Macq. Hal. Wlk. Schin.*

Copromyza *Fall. Zett. Stnhm. Rndn.*

Corpus sub-nudum: alae longitudine ordinaria; venis quatuor anterioribus completis et margini productis: tertia oriens a secunda intus, non contra nec extra apicem primae: quinta vix aut non producta ultra transversam exteriorem quae valde proxima est margini posteriori: areolis axillaribus duabus distinctis; anterioris apice obliquo et paulo producto ultra apicem areolae posterioris: scutellum quatuor setosum. — Pedes tarsis posticis metatarso incrassato abbreviato etc.

Sp. observatae.

A. *Venae* transversae anterioris distantia ab exteriore, ad summum dupla distantiae ab interioribus.

a. *Tibiae* posticae apophisi apicali praeditae, vel unciforme vel tuberculiformae, et fere subuliforme.

b. *Tibiae* posticae apophisi apicale breve, non unciforme, sed fere subuliforme instructae.

Femora postica maris unco valido basale intus praedita.

c. *Caput* totum nigrum.

Sp. 1. *nigriceps* m.

cc. *Caput* inferne lutescens vel rufescens.

d. *Halteres* albicantes.

Sp. 2. *nitidus* Mgn.

dd. *Halteres* obscure fusci.

Sp. 3. *nervosus* Mgn.

bb. *Tibiae* posticae unco apicale intus armatae.

Femora utriusque sexus, unco basale intus destituta,

e. *Frons* tota etiam margine antico nigra.

f. *Venae* transversae alarum haud fusco-limbatae.

g. *Halteres* pallide testacei, vel luride albicantes.

Sp. 4. *fimetarius* Mgn.

gg. *Halteres* saltem capitulo nigricante vel obscure fusco.

Sp. 5. *niger* Mgn.

ff. *Venae* transversae alarum fusco-limbatae.

h. *Pedes* toti nigri vel nigricantes.

i. *Halteres* saltem capitulo obscure fusco.

Sp. 6. *limbinervis* m.

ii. *Halteres* pallidi sub-albicantes.

Sp. 7. *suillorum* Hld.

hh. *Pedes* tibiis tarsisque posterioribus rufo-testaceis.

Sp. 8. *Roserii* m.

ee. *Frons* margine antico magis vel minus rufescente.

Sp. 9. *equinus* Fall.

aa. *Tibiae* posticae nec unco nec appendicula apicali praeditae.

Sp. 10. *geniculatus* Macq.

AA. *Vena* transversa anterior valde remota ab exteriore, et proxima axillaribus.

Sp. 11. *vitripennis* Mgn.

Sp. 1. *B. nigriceps* m.

nitidus Macq. Zett. Stnhm. Schin. (non Mgn.).

Similis *B. nitido* Mgn. sed statim distinguendus, capite toto nigro, non frontis margine antico, non facie, nec genis rufescentibus, praeterea.

Longit. corporis circiter mill. 5.

Niger nitidus; *antennis* fuscis arista pilosula.

Alae sordidae, sub-ferruginantes, venis transversis dilute fusco limbatis: venae longitudinalis quartae segmentis duobus ultimis aeque longis — *Halteres* pallide lutescentes.

Pedes nigri, geniculis summis sub-testaceis: metatarsis intermediis, articulorum trium sequentium, non duorum tantum longitudinem aequantibus; posticis valde incrassatis et parum brevioribus articulo sequente subcylindrico.

Maris *femora* antica subtus breviter spinulosa; posteriora elongata et incurva; postica ad basim unco valido intus armata.

Tibiae posticae, in hac ut in speciebus duabus sequentibus, ad apicem unco non armatae interius, sed apophisi breve subuliforme. In apennino Italiae superioris raro lectus.

Sp. 2. *B. nitidus* Mgn. (non alior.)

hamatus Hal. (var.)

Statura, colore corporis, et aliis notis, similis praecedenti, a quo tamen faciliter distinguendus, *Capite* inferne et limbo antico frontis testaceo-rufescentibus.

A *nervoso* sequente, cujus *caput* inferne rufescens, distinguitur *halteribus* pallidis non fuscis, et segmento ultimo venae quartae longitudinalis alarum non manifeste breviore penultimo etc. antennae et pedes ut in praecedente.

Cum affinibus raro legitur.

Sp. 3. *B. nervosus* Mgn.

Iterum similis *B. nigricepsidi,* et etiam *nitido:* sed a primo difert colore lutescente capitis inferne, et ab utroque halteribus fuscis non pallide lutescentibus, et segmento ultimo venae longitudinalis quartae distincte breviore penultimo, non sub-aequale.

Exemplaris unici nostri *caput* inferne pallide luteum; *frons*

fere tota nigra; *pedes* paulo picei; *venae* omnes alarum dilute fusco-limbatae, sed alii characteres praecipue pedum, ut in praecedentibus.

Semel mas in Apennino parmense captus (1).

Sp. 4. *B. fimetarius* Mgn. Mcqrt.

niger Stnhm. Schin. (non Mgn.).

Niger, subnitens, *capite* toto concolore — *Arista* pubescens.

Pedes nigricantes, vel fusco-picei; geniculis summis, et plus minusve etiam tarsis fusco-testaceis.

Alae sub-limpidae, venis transversis haud fusco-cinctis.

Halteres pallidi, vel sordide sub-lutei, nisi sub-albidi, non magis vel mìnus nigricantes.

Tarsorum posticorum articulus secundus vix longior metatarso modice incrassato.

Tibiae posticae pilis paulo distinctioribus, remotiusculis, in series dispositis instructae, non pubescentia tantum sub-erecta, et aequale crebre vestitae; unco apicale magnitudine ordinaria.

Similis *B. nigro* Mgn. sed halterum colore pallido, et notis tibiarum posticarum, praesertim in mare observandis, distincta: a *B. suillorum* etiam difert, praesertim unco apicale tibiarum, non brevissimo.

Frequens in Italia superiore et media, in stercoratis et fungis putrescentibus.

Sp. 5. *B. niger* Mgn. Macq. Zett. Fall. Hal. (non Stnhm. nec Schin.).

Similis statura, colore corporis, et aliis notis *B. fimetario*, a quo tamen distinctus videtur, non solum colore halterum nigricante, vel obscure fusco, non pallide nec sordide lutescente nec albicante; sed etiam tibiis posticis, praesertim maris pubescentia sub-erecta, aequale, crebre hirtulis, pilis nullis distinctioribus in series dispositis observandis: a *B. limbinerve* etiam difert, venis alarum haud fusco-cinctis.

Non frequenter legitur in Italia superiore et media.

---

(1) Species primae tres, distinctae apophisi apicali tibiarum posticarum parva et fere subuliforme, et femoribus posticis marium unco validissimo intus ad basim armatis, generis proprii institutionem petunt, quod vocabitur, *Saprobius* n.

Sp. 6. *B. limbinervis* mihi.

Corpus totum nigronitens, *fronte* concolore, opaca.

Antennae nigrae, arista longa sub-nuda.

Halteres nigricantes vel fusci, numquam albicantes.

Femora antica distinte incrassata: *tarsorum* posticorum articulus secundus satis longior metatarso incrassato: *tibiae intermediae* breviter extra setulosae, sed spinis validiusculis versus apicem non praeditae; *posticae* unco apicale magnitudine et forma ordinariis.

Alae dilutissime sub-fuscae sed venis transversis discoidalibus manifeste plus vel minus fusco-limbatis.

A *B. punctipenne* Macq. distinguendus colore halterum nigricante, non pallido; ventre toto nigro-fusco non ad latera rufescente etc.

A *B. suillorum* Hal. etiam difert, colore halterum, nuditate aristae, unco apicali tibiarum non brevissimo etc.

In tota Italia legitur et frequenter.

Sp. 7. *B. suillorum* Halid. Wlk. Stnhm.

fuscipennis ? Stgr. Zett.

Similis praecedenti, a quo tamen certe diversus:

Arista non subnuda, distincte pubescente (Stnhm.).

Pedibus non totis nigris, sed coxarum apice, trochanteribus, geniculisque testaceis, et tarsis fusco-rufescentibus.

Alis ferruginantibus, non dilutissime fuscescentibus.

Halteribus albicantibus, non plus minus obscure fuscis.

Unco apicali tibiarum posticarum brevissimo, non magnitudine et forma ordinariis etc.

Species in Italia nondum lecta, et a me non visa, sed faciliter in plagis borealibus nostris invenienda, et hic pro comparatione indicata.

Sp. 8. *B. Roserii* m.

Niger subnitidus; *antennarum* articulo ultimo paulo rufescente: *Halteres* albicantes.

Alae dilute fuliginosae, venis transversis distincte fusco-marginatis: costa ad basim distincte ciliata: venae quartae segmento penultimo valde longiore praecedente, et sub-aequale ultimo.

Pedes femoribus omnibus nigris; tibiis posterioribus et tarsis rufescente testaceis: tibiis anticis ad basim sub-rufis: metatarso postico parum breviore articulo sequente.

A. *B. tibiale* Zett. cui proximus, difert, praecipue *venis transversis* alarum distincte limbatis; *antennarum* articulo tertio paulo rufescente etc.

Marem unicum observavi a Clar. De Roser olim missum, in Germania captum.

Sp. 9. *B. equinus* Fall. Mgn. Macq. Zett. Wlk. Stnhm. Schin.

Niger sub-opacus: *capite* lutescente, fronte, tantum postice late nigricante. — *Halteres* albicantes.

Antennarum arista sub nuda.

Alae sub-limpidae, costa non neque ad basim ciliis distinctis praeditae: venis transversis non fusco-cinctis.

Pedes magis vel minus lutescente-testacei, femoribus anticis, et posticorum apice nigricantibus.

Frequenter legitur in tota Italia.

Sp. 10. *B. geniculatus* Mcqrt. Mgn. Zett. Stnhm. Schin.

· *ater* Hal. (non Mgn.).

Nigra, *fronte* antice, et *genis* partim lutescentibus.

Alae sub-limpidae, costa non neque ad basim distincte ciliata: venae quartae segmentum penultimum vix longius praecedente, et brevius ultimo, quamvis parum.

Pedes nigri, coxis etiam anticis saltem partim, geniculis omnibus, et tarsorum intermediorum base luteotestaceis: tibiis posticis unco apicale destitutis.

Halteres pallidi.

In tota Italia frequens, in fungis putrescentibus et ad acquas stercoratas etc.

Sp. 11. *B. vitripennis* Mgn. Zett. Hal. Wlk. Stnhm.

Nigra nitida, triangulo frontale nitidissimo. — *Arista* subnuda, ad apicem vix puberula. — *Halteres* albicantes.

Alae hyalinae, sub-decolores; vena transversa anteriore fere contra apicem sita primae longitudinalis, non satis extra ut in

praecedentibus, inde segmentum penultimum venae quartae longitudinalis fere duplo longius ultimo non parum diversum.

Ventris latera rufescentia.

Pedes femoribus late, tibiis apice tarsisque fere omnibus nigris, coxis, femorum tibiarumque omnium, et tarsorum intermediorum base rufescentibus; tibiis posticis unco apicale valido intus armatis: metatarsis ultimis satis incrassatis, et parum longioribus articulo secundo.

Semel lecta in Etruria, tempore aestivo.

G. IV. SPHAEROCERA *Latr. Halid. Mcqrt. Stnhm. Rndn. Schn.*

Copromyza *Fall. Zett.*

Borborus *Mgn.* — Lordatia *Desv.*

Char. Gen.

Corpus haud crebre villosum, sed sub-nudum.

Caput non aut brevissime et parce setulosum.

Scutellum non setigerum, margine vel scabriculo, vel brevissime spinuloso.

Alae completae, areolis axillaribus duabus distinctis, anterioris apice perpendiculare et ultra posteriorem non producta nisi breviore: costa basi non distincte ciliata: venis longitudinalibus quinque marginem attingentibus, quarta a tertia non manifeste divergente, nisi versus eamdem convergente.

Pedes non vel parce setulosi, non villosi; posteriores distincte elongati, metatarsis satis incrassatis etc.

Spec. observatae.

a. *Scutellum* margine non spinuloso.

Sp. 1. *subsultans* Lin.

aa. *Scutellum* margine spinulis brevissimis circiter octo serrulato.

b. Tarsi toti nigri vel nigricantes.

c. *Halteres* nigricantes.

Sp. 2. *coronata* Zett.

cc. *Halteres* albicantes.

d. *Venae* longitudinales tertia et quarta rectae vel sub-rectae.

Sp. 3. *pusilla* Fall.

dd. *Venae* longitudinales tertia et quarta manifeste incurvae.

Sp. 4. *curvina* m.

bb. Tarsi omnes late pallidi.

Sp. 5. *pallidimana* m.

Sp. 1. *S. subsultans* Lin. Fab. Mgn. Macq. etc.
curvipes Latr. Longit. mill. 2-3.

Nigra, sub-opaca, sub-nuda, *pedibus* varicoloribus.

Antennarum arista longa, nuda.

Scutellum scabriculum sed margine non spinuloso.

Abdominis segmenta lateribus et margine postico albidi exiliter marginatis.

Alae sub-limpidae, venis fuscis, quarta longitudinalis contra praecedentem extra flexa, et apici producta.

Pedes postici satis longi, femoribus crassiusculis, metatarso incrassato dilatato, et paulo longiore articulo sequente etc.

Vulgaris in totae Italiae stercore, praesertim equino.

Sp. 2. *C. coronata* Zett. Stnhm. Schin. — Long. mill. 2 $^1/_2$ circiter.

Parum minor praecedente, et duplo saltem major specie *pusilla* sequente, sed praecipue distinguenda a *subsultante*, scutelli margine spinuloso, non scabriculo tantum: femoribus posticis nec elongatis nec incrassatis: vena quarta longitudinale praecedenti parallela non versus ipsam flexa: venae quartae segmento penultimo fere triplo, non parum longiore praecedente.

A *C. pusilla* etiam difert praeter staturam satis majorem, areola axillare antica non neque parum breviore postica: praeterea ab omnibus congeneribus statim dignoscenda halteribus nigricantibus, et etiam pedibus totis nigris non luride rufescentibus nec varicoloribus.

Exemplar observatum germanicum a Clar. Kowartz missum, sed forte in plagis borealibus Italiae sp. legenda.

Sp. 3. *C. pusilla* Fall. Zett. Stnhm. Schin.
scabricula Halid. Long. mill. 1 1/4.

Nigro-fusca, sub-opaca: dorso *thoracis* tenuissime sub-granulato, et brevissime et parce pallide hirtulo.

Scutellum sub-scabrum, margine brevissime spinuloso; spinulis circiter octo in medio serrato.

Alae sub-limpidae, paulo albicantes, venis obscuris, quarta longitudinale sub-recta et paralleliter tertiae ad apicem decurrente: costae segmento secundo saltem bilongiore tertio.

Halteres pallide lutescentes, vel sub-albicantes.

Pedes fusco-testacei vel picei, coxis, femoribus late, et basi tibiarum pallidioribus, sub-lutescentibus: metatarsis posticis crassiusculis et paulo longioribus articulo secundo.

Non rara in tota Italia etiam insulare.

Sp. 4. *C. curvina* m. Longit. mill. 1.

Luride fusca, fronte scutelloque sub-ferruginantibus, facie pallidiore.

Thoracis dorsum, ut scutellum brevissime et parce pallide hirtulum.

Scutelli margine spinulis brevissimis circiter octo in medio denticulato.

Alae limpidissimae decolores: vena costale pallide lutescente, caeteris venis omnino decoloribus: costae segmentum secundum paulo sed non duplo longius sequente: vena tertia longitudinale leniter, quarta satis incurvata ante apicem alae costam attingentibus. — *Halteres* albicantes.

Pedes toti luride picei, metatarso posticorum paulo incrassato et parum longiore articulo secundo.

Semel lecta in agro parmense.

(*Nota*). — Similis videtur sed ut puto non aequalis *Borboro hyalipenni* Meigenii, quia nostra minor, et pedes sordide piceos non rufos praebet; praeterea, scutelli margo in *curvina* spinulosus; non solum vena quarta longiiudinalis sed etiam tertia quamvis minus incurvata, et ambae ante apicem alae in costam decurrunt, et alias notas possidet in sp. meigeniana non indicatas.

Sp. 5. *C. pallidimana* m. — Long. mill. 1.

Nigra, opaca: *abdomen* ad latera anguste albidi marginatum: *Antennis* et *epistomio* paulo rufescentibus.

Scutellum ut in praecedentibus margine postice serrulato.

Halteres basi pallida, capitulo late inferne fusco, apici paulo albicante.

Alae sub-hyalinae et decolores, venis longitudinalibus 3ª et 4ª extrinsecus sub-parallelis: transversae anterioris distantia ab exteriore fere quadrupla distantiae a radice longitudinalis tertiae.

Pedes femoribus et tibiis basi pallide sub-luteis, alibi nigricantibus: tarsis quatuor anterioribus totis pallidissime testaceis, apice tantum fusco: posticis metatarso infuscato, articulis sequentibus pallidis apice fusco.

Semel lecta in urbe Parma ad fenestram.

(*Nota*). — Similis habitu et statura *C. pusillae* sed certe distincta; *tarsis* late pallidis non totis nigricantibus: capitulo *halterum* late fusco non toto sordide albido: distantia satis majore venae transversae anterioris ab exteriore etc.

G. V. Ceroptera *Macq. Rndn.*

Borborus *Mgn.*

Char. Gen.

Alarum costa ad basim longe ciliata: vena tertia longitudinalis curvatim costam attingens; quarta perfecta et satis divergens extrinsecus a praecedente; quinta margini postico alarum producta.

Areolae axillares duae completae adsunt.

Aliae notae ut in generibus praecedentibus.

Sp. unica nota.

Sp. 1. *C. rufitarsis* Mgn. Macq. Rndn.

« Nigra, *tarsis* rufis: *alis* ferrugineis: *halteribus* albis » Mgn.

Abdominis segmentum secundum paulo longius sequente.

Venae transversae alarum modice remotae, exteriore satis longe a margine posteriore sita, etc.

Huc usque in Lusitania tantum inventa.

G. VI. GONIONEURA m.

Char. Gen.

Antennarum arista nuda.

Alae completae, basi breviter in costa ciliatae: vena secunda longitudinalis non producta ultra transversam exteriorem, ista in medio angulata, parte anteriore quartae longitudinali perpendiculare, exteriore obliqua cum quinta angulum acutum constituente, vena quarta ultra transversam non continuata, quinta fere usque ad marginem posticum saltem spurie producta etc. Caeteri characteres circiter ut in Limosinis.

(*Nota*). — Quamvis in unico exemplare speciei unicae cognito, notae alarum tanti praetii mihi videntur, ut merito generis proprii typica consideranda sit. (V. fig. 1. Ala valde aucta, ex vivo delineata).

Sp. 1. *G. bisangula* m. — Long. mill. $^1/_4$.

Nigra, pedibus fusco-piceis: sub-opaca; parce setulosa.

Alae sub-limpidae: vena secunda longitudinale satis propius primae costalem attingente quam tertiae; ista modice incurva in costam ante apicem alae terminante.

Semel lecta prope fimetarium in agro parmense (1).

G. VII. ELACHISOMA m.

Limosina *Hal. Stnhm.*

Char. gener.

Arista distincte pubescens, nisi plumosula.

Alae areolis axillaribus nullis: costa basi vix brevìssime setulosa, non distincte ciliata; segmento ultimo longiore praecedente: vena longitudinale secunda ante vel non ultra transversam exteriorem producta: tertia valde incurvata et satis longe ab apice alarum costalem attingente: quarta parum et spurie ultra transversam continuata: transversis non obliquis. — V. fig. 2.

Caeteri characteres circiter ut in Limosinis.

(1) Heu! Nunc cognovi unici mei exemplaris, mucore deformati, notas distinctivas inobservabiles esse.

Species notae.

a. *Venae* transversae alarum modice distantes.

Sp. 1. *atomus* m.

aa. Venae transversae alarum maxime approximatae.

Sp. 2. *nigerrima* Halid.

Sp. 1. *E. atomus* m. — Long. mill. $^1/_4$.

Nigra, opaca, capite concolore, pedibus fusco-piceis.

Antennarum arista pubescens distincte.

Alae segmento ultimo costae satis longiore praecedente: vena quinta longitudinale ultra transversas continuata fere usque ad marginem: transversis modice remotis, quarum antica fere sic distante ab exteriore ut a radice longitudinalis tertiae etc. (V. fig. 2, valde aucta, ex vivo delineata).

Parmae exemplar unicum caepi tempore nocturno, in folio cartaceo lapsum, ad lumen accursum.

Sp. 2. *E. nigerrima* Hal. Stnhm. Wlk. (esclusa synon. *vitripennis* Z.) *minima* Macq (*teste* Wlk.).

Longit. mill. $^1/_4$. — Nigra, opaca, sub-velutina, sub-nuda, capite concolore; *antennarum* arista longe et crebre pubescens.

Alae hyalinae, ad costam paulo turbidae: costae segmento ultimo circiter duplo longiore praecedente: vena longitudinale secunda non ultra transversas producta; quarta et quinta parum extra transversas et spurie continuatis; transversa antica vix ante posteriorem sita.

Halteres sordide testacei.

Pedes obscure picei, tarsis minus fuscis.

Bis tantum lecta ad acquas putredinosas in Agro parmense, et etiam ad fenestras latrinarum in urbe aliquando inventa.

G. VIII. Limosina *Macq. Hal. Wlk. Stnhm. Zett. Rndn. Schin.*

B o r b o r u s *Mgn.*

C o p r o m y z a *Fall.*

Char. Gen.

Arista antennarum sub-nuda vel puberula.

Alae areolis axillaribus nullis: costa ad basim saepius bre-

viter vel brevissime, aliquando longe ciliata: vena longitudinale tertia si paulo incurva numquam valde arcuata, et normaliter recta vel sub-recta, et semper prope apicem alae desinente: secunda longitudinale magis vel minus producta ultra transversam exteriorem: quarta extrinsecus semper spuria, nisi vix aut nihil observanda; quinta ultra transversam exteriorem non aut parum continuata.

Pedes, praesertim in tibiis intermediis parce spinulosi, vel setigeri.

Sp. observatae.

A. *Scutellum* setis marginalibus armatum, sed in disco nec setulis paucis praeditum, nec hirtulum.

B. *Scutellum* setis quatuor tantum marginalibus praeditum.

C. *Vena* quinta longitudinalis fere usque ad marginem posteriorem alae continuata. — Oculi ad lentem validam hispiduli.

Sp. 1. *melania* Halid.

CC. *Vena* quinta longitudinalis non aut vix ultra transversam exteriorem continuata. — Oculi nudi.

D. *Pedes* maxima parte, nisi toti, nigri, nigricantes vel fusco-testacei.

E. Venae transversa exterior, vix extra interiorem sita, satis longior distantia (ab interiore. = a radice long. tertiae.)

Sp. 2. *heteroneura* Hal.

EE. Vena transversa exterior plus minusve longe ab interiore sita.

F. Venae costalis segmentum ultimum manifeste longius praecedente, et simul pedes nigri vel nigricantes.

G. Vena longitudinalis tertia non rectissima et satis ante apicem alae costam attingens.

Sp. 3. *akka* m.

GG. Vena tertia longitudinalis rectissima et apici alarum circiter ducta.

Sp. 4. *fungicola* Hal.

FF. Venae costalis segmentum ultimum, nisi manifeste brevius, ad summum sub-aequale praecedente: si raro vix longius pedes flavescentes.

H. Halteres saltem capitulo nigricante, vel obscure fusco.

I. Vena transversa interior paulo magis proxima exteriori, quam radici longitudinalis tertiae.

Sp. 5. *nana* m.

II. Vena transversa interior circiter aequidistans a radice longitudinalis tertiae et a transversa exteriore, nisi ab hac magis remota.

O. Costa alarum basi breviter vel brevissime ciliata.

K. Vena transversa interior paulo magis remota ab exteriore quam a radice longitudinalis tertiae.

L. Vena quinta longitudinalis non manifeste, neque spuria, ultra transversam continuata: costalis segmenta duo ultima sub-aeque longa.

Sp. 6. *exigua* m.

LL. Vena quinta longitudinalis ultra transversam saltem parum sed manifeste continuata: costalis segmentum ultimum paulo brevius praecedente.

Sp. 7. *retracta* m.

KK. Vena transversa interior circiter aequidistans ab exteriore et a radice longitudinalis tertiae.

M. Epistomium distinte flavescens.

Sp. 8. *rufilabris* Stnhm.

MM. Epistomium nigricans vel grisescens.

P. Venae costalis segmentum ultimum valde brevius praecedente.

Sp. 9. *liliputana* m.

PP. Costalis segmentum ultimum parum brevius praecedente.

Q. Arista vix puberula: vena tertia longitudinalis extrinsecus recta.

Sp. 10. *pygmea* Mgn. Zett.

QQ. Arista distincte pilosula. — Vena tertia longitudinalis paulo flexuosa.

Sp. 11. *plumosula* m.

OO. Costa alarum basi longe ciliata.

N. Vena quinta paulo, saltem spurie, ultra tranversam continuata.

Sp. 12. *ciliosa* m.

NN. Vena longitudinalis quinta ad transversam exteriorem sistens.
Sp. 13. *sylvatica* Fall.

HH. Halteres capitulo vel albicante vel lutescente vel testaceo.

R. Venae costalis segmentum ultimum distincte brevius praecedente.

S. Vena costalis basi longe ciliata.

T. Alae infuscatae: pedes nigri, tarsis tantum sub-testaceis.
Sp. 14. *fuscipennis* Halid.

TT. Alae sub-decolores: pedes tibiis tarsisque rufo-testaceis.
Sp. 15. *cilifera* m.

SS. Vena costalis basi breviter vel brevissime setulosa.

U. Epistomium nigricans, grisescens, vel albicans, non flavescens.

V. Epistomium albidum: Venae quintae longitudinalis continuatio ultra transversam exteriorem saltem longa ut vena ista.
Sp. 16. *humida* Hal.

VV. Epistomium ad summum grisescens non albidum: continuatio venae quintae ultra transversam satis brevis nisi sub-nulla.

X. Metatarsus posticus circiter duplo brevius articulo sequente.

Z. Tarsi, praesertim maris, postici basi sub-compresso dilatati, antici articulis ultimis paulo complanatis: continuatio venae qnintae ultra transversam; sub-nulla nisi nulla. — Halteres luridi.
Sp. 17. *crassimana* Halid.

ZZ. Tarsi in utroque sexu simplices. Vena quinta ultra transversam parum sed paulo continuata. — Halteres albidi.
Sp. 18. *simplicimana* m.

XX. Metatarsus posticus vix brevior articulo sequente.
Sp. 19. *fucata* m.

UU. Epistomium flavicans vel lutescens.

Y. Corpus nigro-nitidum: abdomine; unicolore incisuris nullis neque exiliter albicantibus.
Sp. 20. *luteilabris* m.

YY. Corpus atro-vellutinum, praesertim ad scutellum: abdomen incisuris saltem posticis exiliter albicantibus.
Sp. 21. *scutellaris* Halid.

RR. Venae costalis segmenta duo ultima longitudine sub-aequalia.

Sp. 22. *pusio* Zett. (non Stnhm.)

DD. Pedes toti vel fere toti flavidi vel rufescentes.

a. Frons postice nigricans vel fusca, antice late vel anguste flavida.

b. Antennae totae etiam basi et inferne nigrae: frons antice late fulva.

Sp. 23 *bifrons* Stnhm.

bb. Antennae saltem intus et basi rufae: frons antice anguste rufescens.

Sp. 24. *puerula* m.

aa. Frons tota etiam in vertice fulva, puncto ocellare nigro.

c. Antennae saltem ad basim rufescentes. — Pedes omnes et toti luteo flavidi.

Sp. 25. *fulviceps* m.

cc. Antennae totae etiam basi nigrae: tarsi antici et postici et tibiae anticae parte apicali nigricantes.

Sp. 26. *ochripes* Mgn.

BB. Scutellum setis marginalibus 6–8 instructum.

d. Antennae distincte ad basim rufescentes: arista sub-plumosula.

Sp. 27. *caenosa* m.

dd. Antennae totae etiam basi nigrae: arista sub-nuda.

e. Vena quinta longitudinalis ad transversam exteriorem sistens, non neque parum nec spurie continuata.

Sp. 28. *limosa* Fall. Mgn. (non Zett. *lutosa* Stnhm.)

ee. Vena quinta paulo ultra transversam saltem spurie continuata.

f. Vena quarta extrinsecus, spuria exilis sed tota perspicienda.

Sp. 29. *fontinalis* Fall. *arcuata* Mcqt.

ff. Vena quarta extrinsecus parum observanda, et apici evanescens.

Sp. 30. *roralis* m.

AA. Scutellum praeter setas marginales, dorso vel setulis aliquibus praeditum, vel hirtulum.

g. Scutellum setulis aliquibus in dorso praeditum, praeter setas marginales.

Sp. 31. *oelandica* Stnhm.

gg. Scutellum dorso hirtulum, praeter setulas marginales.

h. Thorax totus cum scutello nigricans.

i. Venae costalis segmenta duo ultima aeque longa, nisi ultimo paulo longiore.

Sp. 32. *hirtula* m.

ii Venae costalis segmentum ultimum, manifeste paulo brevius praecedente.

Sp. 33. *albipennis* m.

hh. Thorax saltem late, cum scutello, rufescens.

Sp. 34. *ferruginata* Stnhm.

Specier. Diagn. et Sinon.

Sp. 1. *melania* Hal. Stnhm. — Long. mill. $^1/_3$.

Corpus nigrum, sub-opacum. — *Arista* puberula.

Scutellum margine quatuorsetoso. — *Halteres* sordide lutescentes.

Alae hyalinae, vena costale ad basim brevissime ciligera, in medio crassiuscula, nigra: segmento ultimo sub-aeque longo praecedenti: secunda longitudinale manifeste producta ultra transversam exteriorem: tertia versus apicem leviter incurva, et satis ante apicem costalem attingente: quarta ultra transversam vix producta: quinta fere usque ad marginem posteriorem continuata: transversa interiore circiter distans ab exteriore ut a radice longitudinalis tertiae.

Pedes picei, metatarso postico parum incrassato.

Semel lecta in agro parmense.

(*Nota*). — In diagnosi Clr. Haliday, oculi hispiduli dicuntur, sed nota ista in vivo a me non observata fuit, et in emortuo et antiquo non observanda: si vero alia individua legenda praeter notas alarum hic indicatas, etiam oculis hispidulis praedita esse cognoscantur, tunc species generis proprii typica, vocandi

Trachyops.

Sp. 2. *L. heteroneura* Hal. Stnhm. — Long. mill. $^2/_3$.

Nigra, opaca, sub nuda: *epistomio* paulo lutescente vel ferruginante: *arista* paulo puberula. *Halteres* sordide lutei.

Scutellum margine quatuor setoso.

Alae dilute sub-fuscae, antice fuscedine saturatiore: vena costale basi non distincte ciliata, segmentis duobus ultimis longitudine sub aequalibus: secunda longitudinale manifeste ultra transversas producta: tertia extra sub-recta, parum ante apicem alae desinente: quarta et quinta vix ultra transversas continuatis, maxime approximatas, sic ut fere in eadem linea sitas appareant, inde antica valde remota a radice longitudinalis tertiae.

Pedes obscure testacei, vel rufo-picei, tarsis pallidioribus, metatarso postico parum majore articulo sequente magnitudine, et longitudine.

Raro lecta in Emilia, et semel Parmae ad fenestram.

Sp. 3. *L. akka* m. Long. mill. $^3/_4$.

Corpus nigrum, opacum: *epistomio* laeve: *arista* sub-puberula.

Scutellum margine quatuor setoso. — *Halteres* nigricantes, vel obscure fusci saltem in capitulo.

Alae sub-albicantes, paulo turbidae, et parte anteriore aliquantulum fuscescente: costa ad basim brevissime piligera: venae costalis segmento penultimo paulo incrassato et nigricante, ultimo manifeste breviore praecedente: vena secunda ultra transversas parum producta; tertia non rectissima, et distincte ante apicem alae costam attingente: quarta et quinta vix continuatis ultra transversas; istarum interiore fere sic distante ab exteriore ut a radice longitudinalis tertiae.

Pedes in perfectis nigri vel nigricantes; in junioribus vel toti picei, vel coxis et etiam geniculis et tarsis partim sub testaceis: metatarso postico distincte crasso, et non duplo breviore articulo sequente.

Frequenter legitur in Italia, praesertim centrale, et ad fenestras etiam latrinarum legenda, aliquando turmatim.

Specimina aliqua in Bohemia capta misit Car. Kowartz, nostris omnino similia.

Sp. 4. *L. fungicola* Hal. (1836). Wlk. Long. mill. $^3/_4$.

vitripennis Zett. (non Stnhm.).

Nigra, sub-nitida; *frons* opaca: epistomium paulo grisescens.

Arista sub-nuda: *scutellum* margine quatuor setoso.

Halteres fusco-obscuri vel nigricantes.

Alae hyalinae, decolores; costa ad basim vix subciliata: venae costalis segmento penultimo manifeste breviore ultimo: vena tertia longitudinale recta fere in summo apice alarum desinente: quarta et quinta parum ultra transversas observandis: costalis segmento penultimo crassiusculo, nigro: transversae interioris distantia ab exteriore, sub-aequale distantia a radice longitudinalis tertiae.

Pedes nigri, tarsis paulo ferrugineis; metatarso postico parum incrassato.

Raro lecta in collibus apenninis Italiae superioris.

(*Nota*). — Sp. *vitripennis* Sthnm. cum hac non confundenda; prae caeteris distinctissima abdomine ferrugineo, non nigro etc.

Sp. 5. *L. nana* m. — Long. mill. 1 — 1 $^1/_4$.

Nigra nitens, abdominis dorso magis nitente: epistomio paulo cano: *arista* vix puberula. — *Halteres* nigricantes.

Scutellum margine quatuorsetoso.

Alae dilute sub-fuliginosae, costa fusciore; vena costale vix brevissime ad basim setulosa, segmentis duobus ultimis aeque longis: tertia longitudinale sub-recta, et parum supra apicem alae in costa desinente: quinta manifeste continuata ultra transversam exteriorem, quae fere longa est ut distantia ab interiore, parum sed paulo brevior distantia a radice longitudinalis tertiae.

Pedes toti nigri, raro tarsis intermediis paulo testaceis: metatarso postico, parum crasso, et non duplo breviore articulo sequente.

Exemplaria nonnulla misit Car. Kowartz, in Bohemia capta et nullo nomine distincta: in Italia centrale bis tantum a me lecta.

(*Nota*). Notis aliquibus *L. nitenti* Stnh. similis, sed ab eadem statim dignoscenda, *pedibus* totis nigris, et etiam *tarsis* nigricantibus, non laete testaceis: *fronte* tota nigra non partim fulvo-ferruginea: *metatarso* postico parum non duplo breviore articulo sequente etc.

Sp. 6. *L. exigua* m. — Long. mill. $^1/_2$ — $^3/_4$.

Nigra nitens, abdominis dorso atro nitidissimo: *epistomio*

paulo canescente. — *Arista* sub-puberula. — *Halteres* nigricantes. *Scutellum* setis quatuor marginalibus.

Alae dilute fuscae, costa fusciore quae basi non manifeste ciliata: venae costalis segmenta duo ultima aeque longa: tertia longitudinalis non rectissima et parum ante apicem alae desinens: quinta non manifeste producta ultra transversam exteriorem; ista circiter duplo breviore distantia ab interiore, quae parum sed paulo magis proxima est radici longitudinalis tertiae.

Pedes toti nigri, vix tarsis aliquando paulo testacei: metatarso postico parum crassiore, et non duplo breviore articulo sequente.

Exemplaria aliqua speciei in Bohemia capta, Clar. Kowartz misit, nomine non insignita.

(*Nota*). A *L. aeneiventre* Stnh, cui in aliquibus similis, faciliter distinguenda, non solum colore atro nitido non aenescente sed praecipue vena longitudinale quinta ultra transversam exteriorem non apparenter continuata etc.

Sp. 7. *L. retracta* m. — Long. mill. $^3/_4$.

Atra, opaca; sub-velutina, *epistomio* nigro-laeve (in iuvenibus paulo rufescente). — *Arista* paulo puberula.

Scutellum margini quatuor setosum. — *Halteres* saltem capitulo fusco.

Alae sub-hyalinae, paulo albicantes; vena costale basi breviter setulosa, in medio crassiuscula, nigra: segmento ultimo manifeste breviore praecedente: secunda longitudinale paulo producta ultra trasversas: tertia extrinsecus sub-recta, et parum supra apicem alae desinente: quarta in parte apicale evanescente: quinta paulo continuata ultra transversam exteriorem, istius distantia ab interiore satis, et non raro fere duplo longiore distantia interioris a radice longitudinalis tertiae.

Pedes nigricantes, tarsis plus minusve rufescentibus, in juvenilibus pedum color piceus vel testaceus: metatarso postico distincte incrassato et parum longiore articulo sequente, latiusculo.

Non raro lecta in Italia superiore et media.

Sp. 8. *L. rufilabris* Stnh. — Long. mill. $1\,^1/_4$ — $1\,^1/_5$.

Nigra, sub-nitida, epistomate et genis pallide sub-rufis.

Arista fere nuda. — *Scutellum* margine quatuor-setoso.

Halteres saltem capitulo nigricante.

Alae sub-limpidae, vena costale basi vix brevissime ciligera; segmento ultimo parum breviore praecedente: tertia longitudinale extrinsecus recta, parum ante apicem alarum in costa desinente: quarta extrinsecus parum observanda: quinta ultra transversam exteriorem non aut fere nihil continuata: venae transversae interioris distantia ab exteriore et a radice longitudinalis tertiae sub-aequale.

Pedes nigri vel nigricantes, trochanteribus, geniculis, apice tibiarum, tarsisque, testaceis: metatarso postico modice incrassato; articulo secundo paulo latiusculo, non duplo longiore metatarso.

Nondum in Italia capta: exemplaria duo observavi a Clar. Kowartz in Bohemia capta et mihi transmissa.

Sp. 9. *L. liliputana* m. Long. mill. $1\,^1/_4$.

Nigra sub-opaca; *arista* brevissime puberula.

Scutellum margine quatuor-setoso. — *Halteres* saltem capitulo obscure fusco.

Alae non limpidae, costa anguste fusca; basi antice breviter sub-ciliata; venae costalis segmento ultimo satis breviore praecedente: vena longitudinali, secunda satis producta ultra transversas: tertia extrinsecus sub-recta et paulo supra apicem alarum desinente: quarta ultra transversam spurie continuata sed apici evanescente: quinta vix aut parum transversam superante.

Distantia transversae exterioris ab interiore circiter aequale distantia istius a radice longitudinalis tertiae.

Pedes omnes et toti nigricantes, in junioribus picei, coxis tamen, saltem anticis plus minusve rufescentibus: metatarsis posticis modice incrassatis, et fere duplo brevioribus articulis sequentibus simplicibus et angustioribus.

Raro lecta in Italia superiore.

Sp. 10. *L. pygmaea* Mgn. Zett. — Long. mill. $1\,^1/_6$ aut parum ultra.

Similis habitu, statura, colore corporis etc, Sp. praecedenti sed distincta, praesertim segmento ultimo venae costalis vix non

satis breviore praecedente, sed etiam alarum margine anteriore dilute sub-fuscescente, non costa anguste et determinate fusca, et vena tertia longitudinale paulo magis ante apicem alae costam attingente.

Difert a *lugubrina* Zett. — costa brevissime ad basim setulosa, non longe ciliata, et a *crassimana* Hal: cujus varietatem foeminae Stenhammar credit, certe diversa, non solum tarsis simplicibus, sed etiam vena quinta parum longe sed manifeste producta ultra transversam exteriorem, non in eadem desinente, et capitulo halterorum fusco, non pallido, nec luteo-testaceo etc.

A sequente *plumosula* etiam distinguenda, praesertim arista vix puberula; vena longitudinale tertia extrinsecus recta; statura manifesta minore etc.

Rarissimo lecta in colle agri parmensis.

Sp. 11. *L. plumosula* m. — Long. mill. 1 $^1/_2$.

Nigra, sub-opaca, epistomio paulo grisescente.

Arista non puberula tantum sed distincte pilosa, seu plumosula.

Scutellum margine quatuor-setoso.

Halteres capitulo nigricante, stipite plus minusve pallidiore.

Alae limpidae, sub-decolores, basis marginis antici breviter sub-ciliata: venae costalis segmentum ultimum manifeste sed non valde brevius penultimo: vena tertia extrinsecus non rectissima sed paulo sinuosa, et prope apicem alae desinente: quarta extra transversam spuria sed tota observanda et ut praecedens aliquantulum sinuosa: quinta ultra transversam exteriorem continuata circiter tantum ut longitudo venae transversae ipsae, quae sic distat ab interiore ut ista a radice longitudinalis tertiae.

Pedes nigricantes, femorum basi et coxis partim rufescentibus: metatarso postico modice incrassato et non duplo breviore articulo sequente non dilatato.

Quamvis unico exemplare nota, in agro parmense capto, tamen characteribus quibus distincta, ab affinibus separanda tamquam typica speciei propriae.

Sp. 12. *L. ciliosa* m. — Long. mill. 1 $^1/_2$ — 1 $^3/_4$.

Notis aliquibus similis Limosinis *Zosterae* Hal. *piligerae*

Stnhm, et *setulosae* Zett. sed faciliter ab omnibus istis dignoscenda, segmento ultimo venae costalis satis breviore praecedente, non subaequale; et metatarsis posticis parum non multum crassioribus articulo sequente.

Coeteri characteres quibus ab affinium illa vel ista dignoscitur sunt. — *Corpus* fusco-nigricans: — *Antennae* articulo penultimo longitudinem ultimi fere aequante — *Arista* puberula.

Scutelli margo quatuor setosus. — Halteres clava nigricante. *Alae* non limpidissimae, costa ad basim longe-ciliata: vena tertia longitudinale rectissima, prope apicem alae desinente: quarta extrinsecus spuria sed tota observanda et tertiae parallela: quinta ultra transversas modice continuata et ab anteriore divergente: venula transversa interiore fere sic proxima exteriori, quam radici longitudinalis tertiae.

Pedes fusco-rufescentes, tarsis et geniculis testaceis, metatarso postico parum non duplo breviore articulo sequente, isto non exiliore metatarso, sed sub-aeque incrassato.

Non frequenter legitur in Italia superiore et media.

Sp. 13. *L. sylvatica* Mgn. Macq. Zett. Stnhm. Schin.

Long. mill. $2\,^1/_2$.

Atra, laevis, *epistomio* fusco-rufescente, vel sordide testaceo.

Arista in parte apicale puberula. - *Halteres* nigricantes.

Scutellum margine quatuor-setoso.

Alae dilutissime sub-fuscae, fuscedine ad costam saturatiore: ad basim antice setis mediocribus ciliatae; venae costalis segmentis duobus ultimis longitudine sub-aequalibus: vena longitudinale tertia extrinsecus non omnino recta, sed paulo sinuosa, et manifeste supra apicem alae desinente: quarta extrinsecus spuria et prope transversam tantum distinguenda: quinta basi incurva et ad transversam exteriorem sistente, non neque parum ultra continuata: transverse interiore paulo magis distante ab exteriore quam a radice longitudinalis tertiae.

Pedes nigri, coxis aliquantulum rufescentibus: metatarso postico modice incrassato, duplo et ultra breviore articulo sequente:

tibiis posticis seta distincta sub-apicale retro armatis: femoribus in mare incrassatis.

Abdomen maris utrinque fasciculo infero marginale pilorum ad segmentum quintum praeditum.

Non infrequens in locis humidis et umbrosis Italiae superiori, et mediae.

Sp. 14. *L. fuscipennis* Hal. 1836. — Long. mill. 1 $^1/_2$ — 2.

glabra Mgn. 1838.

Nigra nitens: *Arista* sub-nuda: *Epistomio* in medio tuberculato elevato. — *Scutellum* majusculum apice sub-obtruncato, et setis quatuor marginalibus instructum. — *Halteres* capitulo fusco.

Alae fuscescentes, praesertim margini antico sub-fuliginosae: vena costale ad basim longe ciliata, segmento ultimo satis breviore praecedente: longitudinale tertia extrinsecus leviter sub-incurva, parum ante apicem in costa desinente: quarta post transversam spuria, parum perspicua, et sub-incurva: quinta breviter vel brevissime continuata ultra transversam exteriorem, quae circiter sic distat ab interiore ut ista a radice longitudinalis tertiae.

Pedes nigricantes, geniculis tarsisque, praesertim intermediis rufescentibus: metatarso postico parum crasso et fere duplo breviore articulo sequente.

In Italia huc usque non inventa: exemplaria observata mihi transmissa fuerunt a Clar. De Roder germanica, et Kowartz boema.

Sp. 15. *L. cilifera* m. — Long. mill. 1 $^1/_2$ — 1 $^3/_4$.

Nigra sub-opaca, *epistomio* grisei paulo nitente.

Arista sub-nuda. — *Scutellum* margine quatuor-setoso.

Halteres toti pallidi, vel dilute lutescentes.

Alae paulo fuscae, margine antico fusciore: vena costale ad basim longe ciliata, segmento secundo sesquiplicem circiter longitudinem sequentis aequante: secunda longitudinale costali producta sub-curvatim; tertia etiam paulo incurva, et supra sed non longe ab apice alarum desinente: quarta extrinsecus spuria sed tota observanda et sub-recta: quinta ultra transversam exterio-

rem parum aut vix continuata: transversa interiore fere aequidistante ab exteriore et a radice longitudinalis tertiae.

Pedes femoribus nigricantibus, tibiis plus minus rufis, et tarsis testaceis: metatarso postico crassiusculo et duplo fere breviore articulo sequente.

Non frequenter lecta in Emilia.

Sp. 16. *L. humida* Hld. 1836. — Long. mill. 1 1/2 – 1 3/4.

pumilio Sthnm. (non Zett.).

Nigricans opaca, *epistomio* albido, tumido, non excavato, scilicet margine antico non reflexo. — *Arista* sub-nuda.

Scutellum margine quatuor-setoso. — *Halteres* pallide sublutescentes vel sordide albicantes.

Alae dilute fuscescentes margine antico saturatiore. — Vena costale basi breviter setulosa; segmento penultimo paulo longiore ultimo: secunda longitudinale ad apicem sub-curvatim costalem attingente: tertia extrinsecus rectissima, fere in summo apice alarum desinente: quartae segmento exteriore spurio sed toto observando: quinta ultra transversam exteriorem distincte continuata: transversa interiore circiter aequidistante ab exteriore et a radice longitudinalis tertiae.

Pedes in adultis nigri, coxis paulo rufescentibus, in juvenilibus picei: metatarso postico modice incrassato, et duplo fere breviore articulo sequente.

In Italia superiore et centrale non frequenter lecta.

(*Nota*). — *A. L. pumilione* Zett. faciliter distinguenda epistomio albido non capite toto nigricante, et segmento penultimo venae costalis manifeste longiore ultimo, non sub-aequale.

A. *L. limosa* etiam distincta, prae coeteris, vena quinta ultra transversam distincte producta, non in eadem sistente.

Sp. 17. *L. crassimana* Hald. Stnhm. Schin. (exclus. sinonim)

Long. mill. 1. — 1 1/4.

Altra, sub-opaca; *epistomio* nigricante nitido: *thoracis* dorso paulo nitente. — *Scutellum* setis quatuor margini praeditum.

Arista sub nuda.

Halteres capitulo ♂ pallide vel obscure testaceo; ♀ saepius

dilute sub-luteo, vel sordida albicantes stipite semper pallidiore.

Alae sub-limpidae, ad costam paulo obscurae, vena costale ad basim brevissime sub-ciliata, segmento ultimo paulo breviore penultimo, isto parum incrassato: secunda longitudinale satis producta ultra transversas: tertia extrinsecus sub-recta, et apicem alae circiter attingente: quarta ultra transversam spuria sed distinguenda: quinta transversam exteriorem non manifeste superante, raro vix continuata: transversa interiore fere aequidistante ab exteriore et a radice longitudinalis tertiae.

Pedes nigri, coxis anticis, tibiarum basi, tarsisque plus minusve rufescentibus: tarsorum anticorum articulis apicalibus paulo latiusculis et complanatis, praesertim in mare; posticorum, praecipue in eodem sexu, articulis duobus primis dilatato-compressis, scilicet articulo secundo latitudine metatarso aequale, et cum eodem sub-compresso: metatarso tamen duplo circiter breviore articulo sequente.

Non frequenter legitur, ad acquas putredinosas et in stercoratis Italiae superioris et mediae.

Sp. 18. *L. simplicimana* m. — Long. mill. $1\,^2/_5$ — 2.

Nigra, opaca, *epistomio* paulo grisescente: *Arista* longa, sub-nuda.

Scutellum margini quatuor-setosum: *Halteres* toti albicantes.

Alae sub-limpidae, vix margini anteriori fusci paulo suffusae: vena costale ad basim brevissime sub-ciliata: segmento penultimo crassiusculo, et manifeste paulo longiore ultimo: tertia longitudinale extra sub-recta et paulo supra apicem alae costam attingente: quarta ultra transversam spuria et exilissima sed distinguenda usque ad apicem, ubi retro paulo flexa: quinta vix aut fere nihil continuata ultra transversam exteriorem, quae circiter distat ab interiore ut ista a radice longitudinalis tertiae.

Pedes toti nigri, tarsis forma ordinaria, metatarso postico crassiusculo, fere duplo breviore articulo sequente non dilatato.

Non raro legitur in Italia praesertim centrale

Sp. 19. *L. fucata* m. — Long. mill. $1\,^1/_2$.

Atra, nitida, *epistomio* lucido; abdomine laevigatissimo: *fronte* et *thoracis* dorso paulo opacis. — *Arista* sub-nuda.

Scutellum margine quatuor-setoso. — *Halteres* pallide sub-lutei.

Alae dilutae fuscescentes, costa fusciore: vena costale ad basim setulis mediocribus vestita: segmento penultimo parum sed manifeste longiore ultimo: tertia longitudinale non rectissima et apici sub-curvatim supra apicem alarum costam attingente: venis quarta et quinta ultra transversas parum sed apparenter continuatis.

Pedes nigri: coxis, geniculis, tarsisque praesertim posterioribus, aliquantulum rufescentibus: metatarso postico distincte incrassato, et parum breviore articulo sequente crassiusculo. Marem unicum possideo ab agro partenopeo olim missum a Clar. A. Costa.

Sp. 20. *L. luteilabris* m. — Long. mill, 1 $^{1}/_{4}$

Nigricans, sub-opaca, *epistomio* sordide lutescente. — *Arista* sub-nuda.

Halteres pallidi. — *Scutellum* margine quatuor-setoso.

Alae sub-limpidae; vena costale basi brevissime ciligera, segmento penultimo distincte longiore ultimo: secunda satis ultra transversas producta; tertia extrinsecus rectissima, et parum supra apicem alae desinente: quarta extra transversas parum observanda: quinta vix continuata ultra transversam exteriorem, quae fere sic distat ab interiore ut ista a radice longitudinalis tertiae.

Pedes nigricante-picei: tarsorum posticorum articulis duobus basalibus modice incrassatis, metatarso tamen intus paulo dilatato et fere duplo breviore articulo sequente.

Specimina pauca Sp. vidi, in colle et planitie ditionis parmensis lecta.

Sp. 21. *L. scutellaris* Halid. — Long. mill. 1 $^{1}/_{4}$,

Atra, opaca: *epistomio* et margine antico frontis flavidis.

Scutellum atro-vellutinum, margine quatuor-setoso.

Arista sub-nuda. — *Halteres* pallidissime sub-flavescentes.

Abdomen dorso nigro sub-velutino, incisuris praesertim posticis, exiliter pallide flavis.

Alae fere limpidae; vena costale ad basim brevissime ciligera,

segmento penultimo parum sed paulo longiore ultimo: longitudinalibus secunda et tertia laevissime curvatim costalem attingentibus: quarta extrinsecus spuria, et parum observanda: quinta vix continuata ultra transversam exteriorem, quae fere sic distat ab interiore, ut ista a radice longitudinalis tertiae.

Pedes nigricante-picei, femoribus obscurioribus: in juvenilibus sub-ferruginei: metatarsis posticis modice incrassatis, et duplo et ultra brevioribus articulo sequente paulo etiam crassiusculo.

Raro legitur in Emilia.

Sp. 22. *L. pusio* Zett. (non Stnhm.)

« Nigra, sub-opaca, capite pedibusque concoloribus, tarsis rufo-flavidis; alis sordide albidis, costa subtiliter ciliata, nervo longitudinale tertio sub-recto, prope apicem alae excurrente » Zett.

Antennarum seta pubercula; *epistomium* grisescens et aliquando lutescens: segmenta costae secundum et tertium subaequa longa.

Pedes nigri, tibiis aliquando obscure rufis, metatarsis posticis vix latiusculis.

Notae iste omnes exemplaribus a me observatis conveniunt, inde *L. pusio* Stenham. ab hac diversa, et praecipue distincta, *antennis* in mare flavicantibus; *alis* infumato-cinereis; *venae costalis* segmento penultimo longitudinem ultimi manifeste excedente etc.

Adde characteribus speciei Zetterstedtii. — *Halteres* pallidi.

Scutellum margine quatuor-setoso.

Alae sub-limpidae, antice tamen paulo obscurae: venula transversa interiore parum sed paulo magis distante ab exteriore quam a radice longitudinalis tertiae: longitudinale quinta ultra transversam vix aut non manifeste continuata.

Pedes nigri, tarsis plus minus dilute fuscis.

Non frequentissima ad aquas putredinosas Italiae centralis.

Sp. 23. *L. bifrons* Stnhm. (exclus sinon.). — Long. mill. $^3/_4$.

Nigricans, sub-opaca; *epistomio* limbo anteriore *frontis* pedibusque flavidis. — *Antennae* fusce vel piceae, arista puberula: *Scutellum* margine quatuor-setoso.

Halteres pallide flavescentes.

Alae sub-limpidae, vena costale basi brevissime ciligera: segmentis duobus ultimis sub-aeque longis: vena tertia longitudinale extrinsecus recta, paulo ante apicem alae costam attingente: quarta et quinta parum ultra transversas et spurie continuatis: venula transversa interiore circiter aequidistante ab exteriore et a radice longitudinalis tertiae.

Pedes etiam in tarsis flavidi, metatarso postico parum incrassato, et non duplo breviore articulo sequente.

(*Nota*). — *L. pullula* Zetterst. istae non referenda, quia notis variis distincta, sed praecipue, vena transversa interiore manifeste magis distante a radice longitudinalis tertiae quam ab exteriore.

L. bifrons Stnh. non frequenter legitur in Italia superiore et in Emilia.

Sp. 24. *L. puerula* m. — Long. mill. $^3/_4$.

Nigricans, *epistomio* et *pedibus* flavo-luteis ut *frontis* pars antica plus minusve late: *antennae* rufescentes saltem intus et ad basim; arista sub-puberula. — *Scutellum* margini quatuor setosum.

Halteres pallidissimi.

Alae sub-decolores sed non limpidissimae, antice fusci paulo suffusae, postice albicantes: vena costale basi brevissime setulosa: segmento penultimo non longiore, nisi paulo breviore ultimo: tertia longitudinale recta. fere ad apicem alae costam attingente: quarta et quinta ultra transversas sub-nullis, vel sub-deletis : transversa exteriore fere sic distante ab interiore, ut ista a radice longitudinalis tertiae. *A. pullula* Zet. difert praesertim antennis rufescentibus.

Pedes pallide lutescentes: metatarso postico crassiusculo et circiter duplo breviore articulo sequente.

Nondum in Italia lecta : specimina observavi a Clar. Kowartz a Bohemia missa, et unum germanicum a Clar. De Roder.

(*Nota*). — In exemplaribus juvenilibus corpus inferne lutescens, antennae magis rufae, et frons antice latius flavicans.

Sp. 25. *L. fulviceps* m. — Long. mill. 1.

Nigra sub-nitida, capite toto flavido, puncto ocellare nigro; pedibusque flavescentibus.

Antennae extrinsecus nigrae basi rufescente; arista sub-nuda.

Scutellum margine quatuorsetoso. — *Halteres* pallide lutescentes.

Alae fere decolores; vena costale etiam basi non distincte ciligera; segmento penultimo manifeste breviore ultimo: tertia longitudinale extra rectissima apicem alarum attingente: quarta extra transversam parum sed paulo perspicienda; quinta vix superante transversam exteriorem, quae circiter distat ab interiore, ut ista a radice longitudinalis tertiae.

Pedes toti pallide sub-lutescentes: metatarso postico parum incrassato et fere duplo breviore articulo sequente.

In Italia non lecta, sed facilius cum affinibus etiam apud nos invenienda: exemplaria duo speciei observavi, unum danicum olim a Clar. Staeger missum nomine distinctum *ochripes;* secundum in Bohemia lectum a Clar. Kowartz nomine nullo signatum.

(*Nota*). — *L. ochripedi* Mgn. et etiam *L. bifronti* Stnhm. similis, sed ab utraque faciliter dignoscenda, segmento ultimo venae costalis manifeste longiore, non sub-aequale penultimo: ab *ochripede* etiam difert statura fere duplo minore, et a bifronte capite toto flavido puncto tantum ocellare nigro, non fronte postice nigricante.

Sp. 26. *L. ochripes* Mgn. Zett. Stnhm. — Long. mill. $1\,^1/_2 - 1\,^3/_4$.

Corpus obscure fuscum; *capite* toto flavo; *pedibus* flavescentibus, tarsis fuscis: *vertex* puncto ocellare, bisetoso, nigro notatus.

Antennae nigricantes etiam ad basim, arista fusca, sub-nuda.

Scutellum margine quatuor setoso.

Alae non limpidissimae; vena costale ad basim breviter ciligera, segmento penultimo sub-aequale ultimo, nisi paulo breviore; longitudinale secunda apici paulo incurvata costalem attingente: tertia extrinsecus rectissima et in apice alarum desinente: quarta extra transversam spuria sed tota paulo observanda: quinta vix continuata ultra transversam exteriorem, quae circiter distat ab interiore ut ista a radice longitudinalis tertiae.

Pedes omnes flavidi, tarsis praesertim posticis fuscis; metatarsis posticorum parum crassis et articulo sequente duplo brevioribus.

Raro a me lecta in montuosis Italiae centralis, quae exemplaribus danicis olim a Clar. Staeger missis omnino similis.

Sp. 27. *L. caenosa* m. — Long. mili. 1 $^1/_2$ — 1 $^3/_4$.

Corpus nigricante piceum; *epistomio* sub-rufescente et aliquando etiam paulo sub-luteo: *fronte* nigricante opaca, limbo antico anguste sub-rufo.

Antennae fuscae, articulis basalibus rufescentibus vel piceis.

Arista pubescens vel sub-villosa. — *Halteres* toti pallidi.

Scutellum vel nigricante piceum, vel fusco-rufescens, margine setis 6-8 armato.

Alae paulo turbidae, praesertim margini anteriori: vena costale basi longe ciliata, segmento penultimo distinctae longiore ultimo: vena secunda longitudinale ad apicem, et tertia sensim sub-arcuatis, ista paulo supra apicem alae in costa desinente: quarta extrinsecus spuria et exilissima, sed distinguenda et omnino recta: quinta paulo continuata ultra transversam exteriorem, quae saepe parum sed paulo magis proxima est interiori, quam ista radici longitudinalis tertiae.

Pedes luride lutescentes vel testacei, coxis, tarsis, geniculisque dilutioribus: articulis intermediis tarsorum intermediorum spinulis longiusculis praeditis: metatarso posticorum parum incrassato et non duplo breviore articulo sequente.

In montuosis Italiae centralis non frequenter lecta.

(*Nota*). — A *L. curvinervi* Stnhm. cui in aliquibus similis, certe difert, et statim dignoscenda *scutello* setis 6-8 non quatuor tantum margini praedito: *arista* pilosula non subnuda: antennis basi paulo, saltem obscure rufescentibus etc.

Sp. 28. *L. limosa* Fall. Mgn. Halid. Wlk. (non Zett. nec. Stnhm.)
lutosa Stnhm. Long. mill. 1 $^1/_2$ — 1 $^3/_4$.

Nigro fusca, opaca: *epistomio* grisescente: *arista* sub-puberula.

Scutellum margini setis 6-8 praeditum. *Halteres* clava pallida.

Alae sub fuscae, margine antico fusciore: vena costale ad basim longe ciliata: segmento penultimo circiter duplo longiore ultimo: vena tertia longitudinale extrinsecus leniter incurva et parum ante apicem alae desinente: quarta segmento ultimo spurio parum

perspicuo: quinta non neque brevissime producta ultra transversam exteriorem, quae circiter sic distat ab interiore, ut ista a radice longitudinalis tertiae.

Pedes toti nigri, tarsis tantum aliquando fusco-testaceis: metatarso postico parum incrassato et fere duplo breviore articulo sequente.

Non raro legitur in locis udis Italiae borealis et centralis.

(*Nota*). *L. limosa* Zett. sp. diversa, quia setis quatuor tantum margini scutelli instructa: nec *L. limosa* Stnhm. istae referenda quia costa alarum ad basim breviter, non satis longe ciliata.

Sp. 29. *L. fontinalis* Fall. Zett. Stnhm.

arcuata Macq. — Long. mill. 2 $^1/_4$ — 2 $^3/_4$.

Nigra, sub-nitida, *epistomio* magis nitente; margine antico *frontis* saepe paulo rufescente. — *Antennae* nigrae, arista puberula.

Scutellum margine 6-8 setigero. — *Halteres* sordide albidi.

Alae dilute fuscescentes, margini antico fusciores: vena costale ad basim distincte ciliata, segmento ultimo manifeste breviore praecedente: vena secunda ad apicem, tertia extrinsecus manifeste incurvatis costalem attingentibus: quarta ultra transversam spuria, sed tota paulo observanda usque ad apicem ubi rectissima: quinta paulo continuata ultra transversam exteriorem, quae fere distat ab interiore ut ista a radice longitudinalis tertiae.

Pedes nigricantes vel fusco-picei, tibiarum basi, tarsisque sub-ferruginosis: metatarso postico parum incrassato et fere duplo breviore articulo sequente.

Rarissimo legitur in stercoratis et ad acquas putredinosas Italiae superioris.

Sp. 30. *L. roralis* m. — Long. mill. 1 — 1 $^1/_4$.

fontinalis Zett. (var. minor).

Corpus nigrum, sub-opacum, *epistomio* paulo nitente: *fronte* tota etiam limbo, antico nigra: *arista* sub-nuda.

Scutellum margine 6-8 setoso: *halteres* pallide sub lutescentes.

Alae vix turbidae, vena costale ad basim longe ciliata: segmento ultimo paulo breviore praecedente: tertia longitudinale extrinsecus sensim et distincte arcuata, satis ante apicem alae costam attingente: quarta ultra transversam spuria et apicem versus evanescente: quinta quamvis spurie manifeste continuata ultra transversam exteriorem, quae circiter sic distat ab interiore ut ista a radice longitudinalis tertiae.

Pedes nigri vel nigricante picei, coxis, geniculis, tarsisque plus minusve pallidioribus; metatarso postico modice incrassato et distincte sed non duplo breviore articulo sequente.

Frequens in tota Italia, sed magis in superiore et media, per herbas, et in terris acquosis.

(*Nota*). — Difert a *fontinale*, statura fere triplo minore: *arista* sub-nuda non puberula: venae quartae pars exterior spuria ad apicem sub-deleta non tota observanda etc. nec cohabitant.

Sp. 31. *L. oelandica* Stnhm. — Long. mill. 1 $^1/_4$ — 1 $^1/_2$.

Nigra sub-nitida. *Arista* fere nuda, breve. *Halteres* pallidi.

Alae infumatae; vena costale ad basim distincta ciliata, segmento ultimo satis breviore praecedente: longitudinale tertia parum versus apicem sub-incurvata: quinta paulo producta ultra transversam exteriorem, quae circiter distat ab interiore ut ista a radice longitudinalis tertiae.

Pedes tarsis intermediis sordide testaceis: metatarso postico modice incrassato et non duplo breviore articulo sequente, sed ab omnibus affinibus statim dignoscenda, scutello praeter setas ordinarias etiam quatuor in dorso praedito, duabus mediocribus pone medium, duabus brevissimis prope marginem.

In Italia huc usque non lecta exempla duo observavi e Bohemia missa a Clar. Kowartz.

Sp. 32. *L. hirtula* mihi. — Long. mill. 1.

Nigra, sub-opaca, *epistomio* paulo piceo, et *antennis* saltem basi rufescentibus. — *Arista* sub-nuda.

Halteres saltem capitulo pallidissimo, sub-albicante.

Scutellum praeter setas ordinarias, dorso setulis brevissimis hirtulum.

Alae sub-hyalinae, fere decolores; vena costale ab basim breviter ciligera: segmentis duobus ultimis sub-aeque longis, nisi ultimo vix longiore: secunda longitudinale contra vel fere contra transversam exteriorem in costa desinente, non manifeste ultra: tertia sub-incurva et distincte supra apicem alae costam attingente: quarta et quinta paulo sed breviter ultra transversas observandis: istarum interiore fere sic distante ab exteriore ut a radice longitudinalis tertiae.

Pedes fusco-picei, coxis et tarsis minus obscuris: metatarso postico crasso et parum breviore articulo sequente.

Rarissimo inventa prope Parmam.

(*Nota*). A caeteris speciebus scutellum dorso setuloso praebentibus faciliter dignoscenda, *alis* non infumatis; *venae costalis* segmento penultimo fere breviore ultimo; *antennis* saltem basi sub-rufescentibus etc. et a *L. lugubre* etiam difert halterum capitulo pallido non fusco; et a *fuscipenne* prae ceteris statura quoque valde minore difert.

Sp. 33 *L. albipennis* m. — Long. mill. 1 $^1/_4$.

Notis variis similis *L. litorali* Sthnm: sed certe diversa, et praecipue distinguenda *vena tertia* longitudinale non manifeste incurva, et *scutello* praeter setas quatuor majores breviter, praesertim ad marginem setuloso. Aliae notae sunt:

Corpus nigrum, sub-opacum. — *Arista* fere nuda.

Halteres pallidissimi, sub-albidi.

Alae albicantes, praecipue margini posteriori fere lacteae, antice et in medio areolarum dilutissime sub-nebulosae: costa basi breviter ciliata: secunda longitudinale ultra transversas distincte producta: tertia recta, scilicet non apparenter sub-incurva, et parum supra apicem alae costam attingente: quarta extrinsecus spuria et apici evanescente: quinta ultra transversam exteriorem paulo continuata, continuatione fere sic longa ut transversa ipsa, quae paulo brevior est distantia ab interiore.

Pedes nigricante picei, coxis saltem partim, basi tibiarum tarsisque praesertim intermediis rufescentibus: metatarso postico modice incrassato, et paulo non duplo breviore articulo sequente.

Huc usque semel lecta prope Parmam.

Sp. 34. *L. ferruginata* Stnhm. — Long. mill. 1 $^{1}/_{4}$.

Nigro, sub-ferruginosa, *epistomio*, *scutello*, *thorace* saltem late et in dorso ferrugineo-testaceis: *antennis* fusco-rufis; arista sub-nuda. — *Halteres* saltem capitulo pallido.

Alae sub-opacae, paulo saltem margini anteriori et dilute fuscescentes, postice albidi nitentes: costa ad basim distincte ciliata: segmento penultimo venae costalis circiter bilongiore ultimo: vena longitudinale tertia sub-recta: quarta extrinsecus vix perspicienda: quinta paulo continuata, ultra transversam exteriorem, quae fere sic distat ab interiore, ut ista a radice longitudinalis tertiae.

Pedes luteo-testacei, femoribus partim et tibiis apici paulo fuscis: metatarso postico modice incrassato et circiter bilongiore articulo sequente.

Raro lecta in apennini collibus Italiae centralis.

G. IX. Coproica *Rndn.* (1861).

Heteroptera *Mcqrt. Hal. Wlk. Rndn.* (1856).

Borborus *Mgn.*

Limosina *Zett. Stnhm. Schin.*

Char. praecipui.

Alarum areolae axillares nullae: costa ad basim breviter ciliata: vena tertia longitudinale recta, apici alarum ducta: quarta ad transversam anteriorem retro cubitata et ad marginem posteriorem in lineam rectam producta, et cum quinta angulum acutum constituente: venula transversa exteriore indistincta: quinta longitudinale contra ramulum descendentem quartae sistente etc.

Sp. typ. *C. acutangula* Zett. Stnhm. — Long. $^{1}/_{2}$ lin.

pusilla Mgn. Macq. Hal. Wlk. Rndn. (non Fall).

« Nigra, sub-opaca, *capite pedibusque* concoloribus, epistomate cinerascente: *alis* sub-hyalinis, costa basi mediocriter ciliata: nervo longitudinale tertio recto, fere in summo apice alae

excurrente; quarto abbreviato: transverso ordinario obliquo, cum quinto continuo, angulum acutum in disco formante. » Zett.

V. fig. 19, tab. 62, vol. VI, op. meigenii.

Non capta huc usque in Italia.

G. X. PTEREMIS *Rndn.*
Limosina *Hald. Wlk.*

Characteres circiter *Limosinae* sed statim distinguendum brevitate alarum, quae distincte breviores sunt abdomine, ut simul venulam unicam anteriorem praebent; et etiam halteribus satis brevibus, sub-rudimentariis.

Sp. typ. *P. nivalis* Hal. Wlk.

Nigro-fusca, *epistomio* et *pedibus* rufo-ferrugineis.

In Italia nondum inventa.

Specimen coll. meae anglicum a Clar. Haliday olim missum.

G. XI. APTERINA *Macq. Rndn.*
Borborus *Mgn.*
Limosina *Zett.*
Copromyza *Stnhm.*
Char. praecipui.

Alae rudimentariae: *Halteres* non distinguendi.

Tibiae posticae et antice pilo vel setula longa horizontale extus instructae etc.

Sp. typ. *A. pedestris* Mgn. Zett. Vlk. Macq. Stnhm.

Nigricans sub-nitida, cinereo-pilosula: *Capite* nigro, fronte lata setulosa; epistomate obscure cinerascente.

Pedes toti nigri, pubescentes, posticis elongatis: femoribus anticis incrassatis: metatarso postico modice dilatato, articulo sequente paulo longiore et angustiore metatarso, ultimis tamen paulo majore.

Non inventa huc usque in Italia.

GENERUM ET SPECIERUM INDEX

Estratto dal fasc. 1° del *Bullett. della Società Entomologica Italiana.* Anno XII, pag. 3-45. Edito il 12 aprile 1880. — Firenze, Tipografia Cenniniana.